1923

Tractatus de MODO GENERALIS Concilii celebrandi,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Per R. P. D. Guillermũ Durãdi iuris Speculatorem nũcupatum, Mimatenſemque Epiſcopum, mandato fœlicis recordationis Clementis Papæ qninti, Concilium Viennenſe celebraturi editus.

Additus eſt tenor Bullæ conuocationis Concilii œcumenici & vniuerſalis, in ciuitate Tridentina celebra. ac breuis S. D. N. Pauli Papæ tertii R. D. Lugdunenſi archiepiſcopo directi.

PARISIIS.

Apud Galeotum Pratenſem, ſub prima columna aulæ Palatij Regij.

1545.

Sanctiſsimo D. N. Paulo diuina prouidentia Papę tertio, Reuerendiſsimis ſacroſanctæ eccleſiæ Romanę Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus, ac cęteris in Chriſto fidelibus, ad vniuerſale Concilium in Tridentina ciuitate celebrandū, conuoc. Philippus Probus Bituricus H. S. D.

DICI FACILE NON POteſt (patres ampliſsimi) quàm ingēti fuerimus affecti lætitia, quum intellexerimus vniuerſalem illam Synodum apud Tridentum, ſupremæ ſanctitatis iuſſu conuoc. eſſe, qua nihil haud dubiè poſsit eſſe Chriſtianæ Reipublicæ vtilius, nihílque magis neceſſarium ad extirpandas hæreſes, tollendáſque toto orbe effuſas in fide controuerſias, & ad reformandos Chriſtiani populi mores, melioríque formæ reſtituendos. Neque enim dubitamus vnūquēque veſtrum totis viribus elaboraturū, vt eccleſiæ, Chriſti ſponſæ, omni ex parte, ſiue in fide, ſiue in moribus conſulatur. Ego verò ne ceſſatorem & otioſum in tanto agerem negotio, animum mecum verſans, qua

in re poſsin operam meam,quantulacunque ſit, huic rei tam ſalutiferæ vel abſens,præſtare commodè:mihi in mentem venit, iandiu incidiſſe in manus meas,opus planè aureum & diuinum:cui titulus eſt,De modo generalis Cōcilii celebrandi.à reuerendo quondam in Chriſto patre Do. Guillermo Durandi Gallo, vtriuſq; cenſuræ facile principe,quéque noſtri Iureconſulti Speculatoris nomine meritò nobilitarunt: iuſſu quidē (vt in præfatione operis teſtatur ipſe)fœlicis recordationis Clementis Papæ quinti, Viennenſe Concilium celebraturi,editum.Dignū certè opus, quod omniū teratur manibus;quódque ob oculos omnium verſetur, ob multiiugam conditionem,& in quo contineantur omnia,quæ in conciliis vniuerſalibus proponenda ſint & tractāda, & in his præſertim fidei tractatur negotiū, quibúſque mediis infandiſsimum hęreticæ prauitatis crimen è Chriſtianorum animis eradendum ſit: quod prohdolor multis iam retroactis annis, non ſine graui animarum iactura, impunè toto orbe graſſatur. Quamobrem,opus ipſum pro mea virili à mendis repurgatum,per Galeotum à Prato inſignem huius Parrhiſinæ ciuitatis bibliopolam,pulchris & emēdatis typis excuſſum, in lucem emittendum curaui,ad fidelium eruditionem, & illius in primis laudem, qui eſt trinus & vnus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: qui rem diu optatam; & omnium votis expetitam, ad ſui gloriam,& fidei augmentum,hęreſum extirpationem, & Chriſtianiſsimi regni dilatatio-

nem fideliter perducat. Et vos Patres Reuerendiſsimi, fœlices in ſua ſancta eccleſia paſtores vigilantiſsimos conſeruet. Parrhiſii, anno à partu virgineo milleſimo quingenteſimo quadrageſimoquinto, quintodecimo Calendas Aprilis.

S. D. N. D. PAVLI DIVI-na prouidentia Papæ iii. Bulla.

Sacri Oecumenici & generalis Concilii celebrandi, ſeu proſequendi. Cum reuocatione ſuſpẽſionis, aliàs ad tempus per S. ſuam declarandum factæ.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei ad futurã rei memoriã. Lętare Hięruſalẽ, & conuentũ facite omnes, qui diligitis eã, Gaudete cũ lętitia, qui in triſtitia fuiſtis, vt ſugatis, & ſatiemini ab vberibus conſolationis eius, licet prophetę verbis in hac noſtra ingenti, cumulatáq; lętitia quã de cõciliata nuꝑ inter chariſsimos in Chriſto filios noſtros Carolũ Romanorũ Imperatorẽ ſemper Auguſtum, & Franciſcũ Gallorum Regem Chriſtianiſsimum, pace concordiáque concepimus, omnes, qui diligunt eam, frequentes ad Concilium conuocare, vt ſecũdum prophetæ promiſsionem, ſatientur ab vberibus conſolationis eius. Eę ſi enim non dubitamus, hunc ſanctiſsimæ pacis nuntium, omnium animos, qui Rempublicam Chriſtianam ſaluam cupiunt, ingenti gaudio exhilaraſſe: ea tamen res, hoc nobis maiorem lætitiam attulit, quo magis per tot annos, in hoc negotio componendarũ controuerſiarum, inter hos Principes laborauimus, & in eo præcipuam curam adhibuimus. Nam cum iam inde ab initio noſtri Pontificatus, magno cum animi dolore proſpiceremus, quæ mala ex inteſtinis Chriſtianorũ bellis euenirẽt: quantus religionis contemptus in dies creſceret: Nec contemptus ſolùm, ſed tot præterea in ea diſſentiones, tam variæ opiniones & ſectæ, per omnes penè prouincias Chriſtiani orbis, cũ incredibili animarũ iactura, ſpargerentur quamq; communis Chriſtiani nominis hoſtis Turcarum tyrannus, hac potiſsimùm occaſione arrepta, viribus quotidie augeretur, ita vt propagatis finibus ſuis, magnã iam

Imperii Chriſtiani partem occuparit, id ſemper omni imprimis conatu incumbuimus, atque intenti fuimus, vt pacis concilia inter hos duos potétiſsimos Principes, qui ſecum reliquam ferè orbis Chriſtiani partem trahebāt, agitaremus. Nec verò hac ſola pacis tractatione contenti fuimus: ſed ſimul cùm videremus diſcordias in regione ſubortas, non alio facilius remedio, quàm œcumenico Concilio poſſe ſedari, & ad ſanam concordiam perduci: ſemper quidem concilii celebrationem cum pacis negotio coniūximus. Neque vnquam ſanè deſtitimus, cū hortando, tum monendo, Principum animos ad hæc coniunctim excitare. Quorum in altero, ita fuimus aſsidui, & vehemētes, vt neq; literis neque nuntiis, quos frequēter hac de cauſa ad vtrūque miſimus: neq; Legatis è latere noſtro ꝓfectis: neque demū nobis ipſis pepercerimus. In altero verò, ſic omnes difficultates ſuperare conati ſumus, vt Cōcilium ſemel, atque iterum Mantuæ primùm, ac deinde Vincentiæ indictum, haberi his de cauſis, quas per alias noſtras literas tunc, deinceps datas ſignificauimus, nō poſſet. Tamen nullo impedimento, nulla ratione abduci nos à propoſito noſtro, in tam ſancto opere proſequendo, paſsi ſumus, ſed ſemper magna ſpe inſiſtentes alio loco inuento, ad vnum Concilii celebrandi finem, per multas difficultates licet, contenderimus: donec (ſicut altiſsimo placuit) hic lætiſsimus dies illuxit, quo diuino Concilio ac beneficio pace facta, erigi in magnam ſpem omnes decet, vt Reipub. Chriſtianæ res, quæ per bella attritæ diuulſæ, ac omnibus prope modis afflictæ erant, per concordiam iam curentur, & inſtaurentur. Quare huc ſtatim hoc nuntio accepto, omnia noſtra concilia direximus, partim inſtitutum noſtrum in eo ſequentes, qui ob hanc præcipuè cauſam, pacem ſemper optauimus, & quo ad potuimus, procurauimus: partim conſilium Prophetæ, qui cùm nos ad inquirendam pacem hortaretur, ſtatim adiunxit: & perſequere eam. Nec verò nos poſſe melius vias pacis perſequi, quàm per portā Concilii, nobis certò perſuademus. Itaq; cum ſuperiore anno œcumenicum & vniuerſale Concilium per noſtras literas, Datas Romæ, Vndecimo Kalen. Iunii Anno incarna-

tionis Dominicæ Milleſimo quingẽteſimo quadrageſimó ſecundo, Tridenti vltimo loco conuocaſſemus, & ad eam ciuitatem ſtatuto tempore tres noſtros, & Apoſtolicæ ſedis Legatos, etiam deſtinaſſemus, qui Epiſcopos, & cæteros Prælatos ad ipſum Concilium venientes, exciperent: ac reliqua, quæ ad ipſius Concilii celebrationem neceſſaria, ſeu opportuna forent, curarent. Cúmque hi in ea ciuitate ſeptem propè menſes expectando, ferè ſoli permanſiſſent: paucis admodum comparentibus: propterea quòd alii bellorum, alii itinerum pericula, alii alia impedimenta pro eorum excuſatione afferrent: inuiti tunc nos quidẽ, ſed paterno tamen animo, prælatorum conſcientiis conſulentes, & difficultatibus temporum cedẽtes, neceſſariò inchoationem ipſam Concilii diſtulimus, & in aliud opportunius, & commodius tempus, per nos declarandum, ſuſpendimus: datis de ea re literis Bononię, Pridie No. Iulii, Anno incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio. Non ceſſantes interim, neque precibus ad Deum porrectis, neque iterata miſsione Legatorũ noſtrorum, paci ipſi, vt ſemper feceramus, ſtudere. poſtquã autem miſericors Deus ſua ineffabili pietate & clementia, noſtras, & Eccleſiæ ſuæ preces exaudire, & pacis donum nobis gratiſsimum atque optatiſsimũ largiri dignatus eſt. Quo dono pręter cætera ſublata incõmoda, Concilii quoque impedimenta remota ſunt: vt diuinæ eius maieſtati ꝓ tali ac tanto beneficio ingentes gratias habuimus & habemus. Ita etiam cunctandum non ſumus rati, quin ad tollẽdam Concilii ſuſpenſionem properaremus, ſperãtes cum Dei gratia, omnes iam, qui Concilio ipſi intereſſe debent, promptè ad locum deſtinatum acceſſuros, & operam pro ſe quoſque daturos, primùm, vt diſcordiæ in reb⁹ religionis, quibus Eccleſiæ vnitas miſerè in partes ſcinditur, penitus tollantur, & oues errantes ad ouile dominicum reducantur. Deinde, vt ea quæ in populo Chriſtiano reformatione indigent, reformentur, & in meliorem formam reſtituantur. Poſtremò verò, vt communi omnium conſilio, atque auxilio, aliqua expeditio decernatur, qua & ea fidelib⁹ recuperentur, quæ ab infidelibus occupata ſunt, & tot mil

lia animarum, quæ quotidie ſub eorum iugo miſerabiliter pereunt, liberentur, ac ſeruentur. Quorum trium capitum cauſa Concilium maximè eſſe neceſſarium ſemper duximus. Igitur cùm impedimenta, quæ Concilii celebrationē antea retardare ſolebant, ſublata ſint: & bonam ſpem habeamus, quòd tā ipſi Sereniſsimus Imperator, & Chriſtianiſsimus Rex, quā cæteri Chriſtiani Reges, & Principes, vel per ſeſe huic ſanctę celebrationi ſint affuturi, vel ſaltem graues viros eorum Legatos miſſuri. Habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, matura deliberatione, de eorum conſilio & aſſenſu, ſuſpenſionem prædictam per nos (vt præfertur) factam, Apoſtolica authoritate tenore præſentium tollimus & remouemus, ſublatámque ac remotam eſſe declaramus. Omnes omnibus ex locis, tam venerabiles fratres noſtros Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quā dilectos filios Abbates, & alios quoſcunque, quibus iure, aut priuilegio in Conciliis generalibus reſidendi, & ſentētias in eis dicendi permiſſa poteſtas eſt, requirentes, hortātes, & admonentes, vt ad Dominicam quartam in Quadrageſima proximè futura, quam tanquam diem lætitię ad proſequendum ipſum Concilium deputamus, ſub periurii, & aliis tunc in literis indictionis expreſsis pœnis, perſonaliter, niſi fortè iuſto detineātur impedimento, de quo fidem facere teneantur, aut eo caſu, per ſuos legitimos nūtios & procuratores, proſecutioni celebrationis ipſius Concilii, iā tunc faciēdæ, omnino adeſſe, & intereſſe velint. Supradictos autem Carolum Imperatorem, & Frāciſcum Regem, necnon cęteros Reges, Duces, Principes, quorum pręſentiam hoc pacis tempore Orthodoxæ Fidei, & Chriſtianorum ſaluti vtilem fore ſperandum eſt, rogamus, & in domino obſecramus, quatenus ipſi perſonaliter, quòd valde cupimus, alioquin per Oratores ſuos idoneos, huic ſacro Cōcilio adeſſe, & vſque ad optatum illius finem aſsiſtere, & fauere velint, quo tutius & liberius quæ ad tollenda in religione diſsidia, & ad reformandos Chriſtiani populi mores: necnon ad ſuſcipiendam ſub ſanctiſsimo Crucis ſigno contra infideles expeditionem, pertineant, Deo bene iu-

uante, in dicto Concilio conſuli, & tractari, ac demũ confici, & ad optatum exitum perduci poſsint. Nos enim, vt præmiſſa omnia ad eorum, quorum intêreſt, notitiam deducantur, nullúſque de eis ignorantiam iuſtè prætendere poſsit, aut ſe legitimè excuſare: Volums, & dicta Apoſtolica Authoritate decernimus, quòd præſentes literę per aliquos Curiæ noſtræ Curſores, vel Notarios publicos, in Baſilica principis Apoſtolorum de vrbe, & Eccleſia Lateraň. dum inibi multitudo populi ad diuina audienda conuenerit, palàm, & clara voce legantur: & lectæ, in earundẽ Baſilicæ, & Eccleſiæ ac cancellariæ Apoſtolicę valuis, necnon in acie Campi Floræ affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ pendeant: & cùm inde amouebuntur, earum exempla in eiſdem locis remaneant affixa. Quodq; earum tranſumptis, manu notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo alicuius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout præſentibus literis adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominũ, liceat hanc paginã noſtræ declarationis, requiſitionis, admonitionis, rogationis, obſecrationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datũ Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quadrageſimoquarto Tertio Cal. Decẽb. Pontificatus Noſtri. Anno Vndecimo.

Blo. El. Fulgin.

B. Motta.

ANNO à Natiuitate Domini Milleſimo quingẽteſimo quadrageſimo quarto, Indictione ſecũda, Die verò trigeſima & vltima menſis Nouẽbris, Põtificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris: & Dñi Pauli diuina prouidẽtia Papę Tertii Anno eius Vndecimo. Retroſcriptæ literæ indictionis, intimationis annunciationis, cõuocationis & obſecratiõis, cõcilii generalis palàm, publicè, alta, clara & intelligibili voce in baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, dum ibi diuina officia de mane celebrabantur, & magna populi multitudo congregata eſſet, de verbo ad verbum per me Ioannem Roillard præfati Sanctiſsimi Dñi noſtri Papæ Curſoré lectæ & deinde affixæ & publicatæ fuerunt. Et ſucceſsiuè eadẽ die in Eccleſia ſancti Ioannis Lateraneñ. etiam de verbo ad verbum ſimiliter hora veſperorum per me eũdem Ioannem lectæ, affixæ & publicatæ fuerunt. Et poſtmodum eadem die affixæ & publicatæ fuerunt in valuis, ſeu portis Cancellarię Apoſtolicę, & in acie Campi Floræ, dimiſsis in ſupradictis locis, per aliquod temporis ſpatium affixis, & deinde amotis, copiam earumdem literarum in quolibet loco ſupradicto, affigendo & dimittendo per nos Petrum Gomez & Ioannem Roillard prælibati Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ Curſores.

Ita eſt, Petrus Gomez Curſor.
Ita eſt, Ioannes Roillard Curſor.
Ita eſt, Theobaldus Tallart Magiſter Curſorum.

Georgius de itinere Curię cauſarũ Camerę Apoſtolicę Notarius de mandato.

Et eſt Sigillatum in fine Sigillo rotundo Cera rubea.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Lugdunenſi, Paulus Papa iii.

VEnerabilis frater Salutem & apoſtolicam benedictiouem. Cùm nos vt Chriſtiana Reſpublica aliquē fructum ex pace, inter Sereniſsimum Cæſarē & Regem Chriſtianiſsimum noſtros in Chriſto filios Cariſsimos, facta ſtatim colligere inciperet: vniuerſale Concilium in quarta Dominica proximæ futuræ Quadrageſimæ proſequi decreuerimus, ſicut ex Bullæ noſtrę exemplo quod ad te mittimus, præſentibus alligatū, clarius cognoſces: hortamur te frater venerabilis, tibiq; iniūgimus: vt ipſam Bullam tam tuis ſuffraganeis, quàm cæteris tibi metropolitico iure ſubiectis ad ipſum Concilium venire debentibus, notifices: vt habita Rei noticia, id quiſq; efficiat quod pro ſuo officio facere tenetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Sub annulo piſcatoris die Tertia Decembris, Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

Blo. el. fulgin.

AVTHORIS
vita.

GVlielmus Durãdus Speculator, Podiomiſſione nobili prouinciæ oppido (quę regio Galliæ Narbonenſis eſt Rhodano finitima) honeſto ſplendidóq; inter ſuos loco, natus fuit. Quoniam verò non defuerũt, qui eum Italum dicerent, non abs re erit, quæ ipſe de patria ſua dicit, hoc loco cõmemorare: vt deinceps qui de hac re dubitant, ipſi potius Durando de ſe, q̃ aliis credant. Eius verba hæc ſunt in ſpeculo, titu. de feud. §. ii. ver. Quod autẽ in Italia, nos autem prouinciales, nobiles feudatarios, vaſallos, plebeios verò noſtros &c. Cæterùm eadem repetit verba in eo opere, cui rationale diuinorum officiorum titulus eſt. Meminit idẽ non frequẽter Podiomiſſonis, in ſpeculo (quod oppidũ in Riuerienſi diœceſi eſt) in eccleſia noſtra (eius verba ſunt) de Podiomiſſone &c. Gallum prætereà fuiſſe ingenuè fatetur Ioãnes Aloiſius Thuſcanus, cameræ apoſtolicæ auditor, in epiſtola ad Petrum cardinalem Tiraſonéſem, calci rationalis diuinorũ officiorum adpoſita, his verbis, Gulielmo Durando fuiſſe ingenium fateor Gallicũ, hoc eſt perſpicax, & ad omnia factum. Puer admodum, parentum ſtudio & diligentia, optimis præceptoribus atq; eruditis operã dedit: ídque effecit variis ac diuerſis vrbibus. Itaq; illius ingeniũ (quod facile & auidiſsimum fuiſſe traditur in capiẽdis optimis diſciplinis) magna diligentia & incredibili ſtudio excultum eſt. Quúmque celeriter omnibus artibus, quib⁹ puerilis ætas imbui ſolet, ita profeciſſet, vt æquales omnes ſuos doctrinæ laude longè præſtaret, velletq; earum rerũ cognitioni indulgere, quæ à philoſophis tractantur, amici qui eum honoratũ videre cupiebãt, ne talium rerũ ſtudiũ eum longius ab honorum petitione abduceret, magnopere illi authores fuere, ne aliud ſibi eo tempore præter ius Cæſaræum ac pontificiũ diſcendũ proponeret. Ex ejus enim artis ſtudio affirmabant fore, vt celeriter ad honores

Authoris originis locus ponitur.

Authoris uirtutes.

& ſummam gloriam perueniret: quorum præcibus & hortationibus quum ſibi omnino parendum duxiſſet, annos permultos in eo ſtudio conſumpſit, euaſitque præſtantiſſimus. Henrico hoſtienſe copioſe ſummè authore, qui in vrbe Lugduno, nobiliſsimo totius Galliç Comate emporio, in Dominicanorum æde ſepultus eſt, vſus eſt doctore: qui tum celeber iuris erat interpres: vt adſerit in ſpeculi procemio. verſic. Nouiſsimè autem. Quod Ioannes Andreas in addition. ad Speculato. titu. de iuridi. omni. iudic. in fine titul. in verſic. diligenti. confirmat. Cognita deinde illius ſingulari doctrina, vitæque integritate, Mimatenſis epiſcopus factus eſt: vt liquet ex hui⁹ operis procemio. Annum quoque trigeſimumquartum agens, cauſarum ſacri conſiſtorii & rotę auditor delectus eſt: quod adfirmabat ipſe in titu. de appella. §. nunc breuiter. verſic. Item iuſta cauſa eſt &c. Quantum iuris ciuilis peritia valuerit, ex hoc coniicere eſt, quòd cunctos fermè qui poſt illius ętatem in iure claruerunt, habere meruerit laudatores. Abbas in c. ſuſpitionis. in fin. de officio delega. dicit Speculatoris authoritatem eſſe maximam. Nec eum dubitat Iaſon Inſti. de acti. §. ſi quis. in fine. Patrem practices appellare: quem & Paulus de Caſtro in. l. properãdum. C. de iudi. fuiſſe dicit rarum naturæ miraculũ. Floruit (vt teſtatur in ſpeculi procemio) temporibus Clementis quinti & Innocentii quarti quibus ob ſingularem probitatem, graue conſilium, admirandam doctrinam, magnopere acceptus fuit. Compoſuit per plura haud quanquam pœnitẽda, quæ vulgò ſunt notiſsima, nós quambreuiſsimè repetemus. Cõpoſuit anno à natali Chriſtiano. M. cclxxi. prçclarũ illud op⁹ quòd Speculum iuris inſcribitur, in tres partes ſectum, Otthoni bono Cardinali Ianuẽſi, Innocentii quarti ex fratre nepoti, nuncupatum; qui & ipſe ſummus pontifex fuit. Sed diem quartum in ſummo illo pontificatu, immatura morte prçceptus, nõ vidit. Edidit & opus illud, quod inſcripſit, Aureum repertoriũ ſuper toto iure. Præterea duo opera, quæ indicant eum fuiſſe nõ modo humanarum legum doctiſſimum, ſed & in rebus diuinis præſtitiſſe, & omnẽ Chriſtianæ theologiæ diſciplinam maximo ſtudio coluiſſe. Ratio-

Sepulturæ H. hoſtië. hic ponitur locus.

Author ad honores promouetur ut hic.

Author à nr̃is cõmẽdatur doctoribus.

Authoris opera.

nale diuinorum officiciorum, & excellẽtiſsimum opus De modo generalis concilii celebrandi. Multos annos latuit hoc poſtremum, quòd compoſuit quum Clemens quintus Vaſco generale concilium Viennę celebrauit, anno à partu virgineo trecẽtiſimo ſeptimo ſuprà milleſimũ. Quo in Cõcilio bonam partem clemẽtinarum fecit. Obiit ætate iam edita, & in ſenium vergente, Romæque (quemadmodum ipſe præſcripſerat) ſepultus eſt.

Author Romæ ſepultus.

*

PRAEFATIO
tractatus.

Bonæ rei dare cõſiliũ operatur ut hic.

SCribitur in Concilio Toletano, quòd bonæ rei dare cõſiliũ, & prẽſentis vitæ habetur ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur prẽmiũ. xii.q.ii.bonæ rei. Vnde cùm per ſanctiſsimum patrem & dominum noſtrum dominum Clemẽtem diuina prouidentia Papam quintum, ſcriptum fuerit, & mandatum omnibus archiepiſcopis, & epiſcopis per ipſum ad futurum concilium generale Viennẽ euocatũ, ꝙ per ſe & per alios diligenter inquirerent, deliberarẽt, ſcriberent, & in ſcriptis ad dictum Concilium deferrent omnia quẽ pro bono ſtatu eccleſiẽ, populi Chriſtiani, & exaltatione fidei eis vtilia viderentur. Idcirco ego Gulielmus diuina prouidentia epiſcopus Mimatenſis, qui ſum requiſitus ſuper hoc & vocatus, Conſyderans ꝙ ſicut in maioribus eſt regendi & iubendi poteſtas, ita in minoribus eſt obſequendi neceſsitas: vt in decretis. xxi. di. quamuis. §. in his. cum. c. ſeq. viii. diſt. quæ contra mores. xcvi. diſt. bene quidem. extra de conſti. eccleſia ſanctæ Mariæ. & de reb. eccle. non alienan. cum laicis. & quòd ſecundum Greg. illud quod prẽcipitur, imperatur: & quod imperatur, neceſſe eſt fieri: & ſi non fiat, pœnam habes. xiiii.q.i.quod præcipitur. iiii. diſt. §. hæc & ſi legibus. & quòd ſecũdum prophetam Samuelem, melior eſt enim obedientia, quam victima. primi Regum. xv. quia (ſicut Gregorius in moralibus xxv. libro exponit) in obedientia, propria: in victima, aliena caro mactatur. viii. quẽ. i. ſciendum. Perlectis dudum cum diligentia à ſanctis patribus conciliis generalibus, prouincialibus, & aliis pro ſtatu vniuerſalis eccleſiæ conſtitutis, à quibus in pluribus eſt receſſum, Scribendum duxi ea de quibus iuxta paruitatis meæ modulum agendum eſſe videtur in concilio memorato.

Papa mãdat dũ ad cõciliũ p̃latos uocat ut hic.

Obediẽtia hic cõmẽdatur.

Titulus pri- MVS PARTIS primæ.

De correctione eorum quæ malè aguntur præmittenda in Dei eccleſia à miniſtris eccleſiaſticis in capite & in membris.

ET primò ſiquidem cùm dominus dicat in euangelio, Ioá.capi.viii. Qui ſine peccato eſt veſtrum,primus in illam lapidem mittat.& Matthei.vii.capit. qui trabé geſtat in oculo, non poteſt feſtucam educere de oculo fratris ſui:per quę ꝓbat Grego.in moralib᷒,ꝙ qui ad aliena peccata reprehédéda vadunt,& ſua impunita relinquunt, reuocari debẽt intus ad conſcientiam, vt prius propria corrigant,& tũc aliena reprehẽdãt:&in grauib᷒ peccatis quis poſitus dum ſuis premitur,aliena non diluit,iii.quæſt.vii.§.item in euangelio.& ca.qui ſine.& in c.grauibus.& ca.poſtulatus.Et ſecundum Auguſtinũ.Sacerdos ſapiens vt medicus,& perfectus prius debeat ſua peccata diluere, & poſtea aliena detergere & ſanare.ead.cau.& q.ii.c.ſacerdos.& ſecundũ apoſtolum, & Ambroſiũ, ille debeat de alterius errore iudicare,qui nõ habet in ſeipſo quod condẽnet,& qui nõ agit ea quæ in alio putauerit punienda: quia aliter dñm inhonorat.ea.cau.& q.c.iudicet.& ad Ro.ii.c. Videretur deliberandũ(ſi poſſet) perquam vtile forè & neceſſariũ, ꝙ ante omnia corrigerẽtur,& reformarentur illa quæ ſunt in eccleſia Dei corrigẽda & reformáda,tam in capite,q̃ in mébris,vt tamẽ cũ pace & venia ſuper hoc loquar, & ex obediẽtia excuſatus habear,ne os meũ videar poſuiſſe in cœlum xxi.di.intm̃.xxvi.di.deinde. Iſtud nẽpe ſicut ex præmiſſis probatũ eſt,plenè videretur eſſe cõforme voluntati diuinę,& per conſequens humanę.Nam ſicut Hierony.

Qui peccata uolũt reprehẽdere aliena,facere debẽt, ut hic.

Videtur deliberãdũ.

Qui ſcide rũt eccleſiã & populũ ſeduxerunt.

ait. xxiiii. q. iii. transferunt. veteres ſcrutans hiſtorias, inuenire nõ potui aliquos alios ſcidiſſe eccleſiam Dei, & de domo domini populum ſeduxiſſe, præter eos qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant, & prophetæ: id eſt ſpeculatores verſi in laqueum tortuoſum & in omnibus locis ponentes ſcandalũ. Iſti nãque ſunt (ſicut Grego. ad Ianuariũ ſcribit) laqueus iuuenum. & ſecundum Hierony. ad Heliodorũ, illud ſal infatuatum, de quo dominus ait Matthęi v. & Marci. ix. quòd ad nihil prodeſt, niſi vt proiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. ii. q. vii. Paulus. & ca. non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi. Nam vt ea. cau. & quæ. ſequitur. ſic in c. ſequuti ſunt viam Balaam ex Bozor qui mercedẽ iniquitatis amauit, còrrectionem verò habuit ſuę veſanię. Nã ſubiugale mutuum, quod hominis voce loquutum eſt, prophetæ inſipientiam probauit. Quod etiam hodie accidit, cùm tam ſtulta & diſſoluta perpetrentur in eccleſia Dei à dictis perſonis eccleſiaſticis, quæ deberẽt eſſe lumen aliorum, & lucernæ ſuper candelabrum poſitæ: iuxta id quod dominus ait, Sẽſus hebetãt Iudeorum, & etiam Paganorum. Et etiam illi qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, iſtorum deteſtantur inſaniam: & eorum diſtorta & Deo contraria itinera, ſanius ſapiendo, redarguunt. Ex quo ſecundum eum, docti ab indoctis, clerici à laicis neceſſariò redarguũtur vt ibidem. & Auguſtinus ait. Qui nec regiminis in ſe rationẽ habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicẽdus eſt magis quàm epiſcopus. ii. quæſtione vii. nec regiminis.

Canis impudic⁹ qs dicatur.

Nam per Ezechielem. ix. ca. Dominus præcepit. à ſanctis meis incipite. Et de eo ſcribitur Malac. iii. quòd purgabit filios Leui: & colabit eos quaſi aurũ: & tunc erũt dño offerentes ſacrificia in iuſtitia. & placebit Deo ſacrificiũ Iuda & Hieruſalẽ, ſicut dies ſeculi, & ſicut ãni ãtiqui. 50. diſt. & purgabit. Nã ſupfluo extra eccleſiã poſitis reſiſtimus, ſi ab his qui intus ſunt vulneramur. xxiiii. q. iii. c. illud ſanè.

Titulus ſecundus.

De modo correctionis & reformationis eccleſiæ & Chriſtianitatis.

SAnè videretur ad correctionem & reformationem ecclesiæ, & ad ſalubre regimen humani generis poſſe perueniri hac breui via. Scriptum nanque eſt in principio decretorum, quòd regitur genus hũmanum duobus, id eſt regi debet, videlicet iure naturali, quod in lege & in euangelio cõtinetur, quo quis iubetur alii facere quod ſibi vult fieri: & ꝓhibetur alii inferre quod ſibi nõ vult inferri. vnde Chriſtus in euangelio. Matt. vii. ait. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hoc enim eſt lex, & prophetæ, id eſt, omnes leges & prophetæ in hoc concordant: & in hoc conſummantur: iuxta illud Eccleſiaſtici vltimo. Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo: moribus verò regitur ipſum genus humanũ, id eſt, humanis legibus: ſicut Iſodorus in quinto libro Ethimologia. atteſtatur, prima diſtinctio. omnes leges. & cap. ſequentibus. Si itaque duo à quibus regitur humanũ genus ſicut à miniſtris Dei, videlicet eccleſiaſtica authoritate, & regali poteſtate ſicut Gelaſius Papa ſcribit Anaſtaſio Imperatori. xcvi. diſtinctione. duo ſunt. vellẽt intendere ad dictam reformationem & ſalubre regimen humani generis, haberẽt viam amplecti prædictã: vt videlicet ſeipſos, & humanum genus regerent ſecundum quod in lege, & in euangelio, & in conciliis ſpiritusſancti inſtinctu probatis, vt xvi. diſtinctione. habeo. & in aliis humanis & comprobatis legibus & iuribus continetur: & quicquid per alios inuenitur in regimine mundi in cõtrarium attẽptatum corrigeretur: & reformaretur prout melius poſſet. & prouideretur, ne in contrarium impune attẽptaretur: & quòd huius vitæ nouitas non negligeret, quæ ab antiquitate fuerunt hactenus conſulta & prouidè conſtituta, ſicut ait lex illa canonizata. ii. quæſtio. vi. anteriorum. §. illud. Et inſuper quòd omnes vſus, ſeu verius abuſus, conſuetudines, quę cenſendę ſunt corruptelę, diſpenſationes, priuilegia, libertates, & exẽptiones, cõtrarietates, & contrariantia ſupradictis diuinis & humanis legibꝰ approbatis & generalib. tollerẽtur. Quod autẽ S. D. Papa & reges debeant ſeruare præmiſſa in lege, & in euãgelio, conciliis & iuribus approbatis contenta, de facili po

Genus humanum regi debet duobus.

Tollanda in cõcilio.

Poteſtas Pap. & Regũ à Deo eſt. teſt oſtendi. Nam poteſtas eorum à Deo eſt, & quæ ab eis ordinata ſunt, à Deo ordinata exiſtunt: ſicut ait Apoſtolus ad Ro. xiii. c. xi. q. iii. & legit, qui reſiſtit. & c. imperatores. x. diſtin. quoniam idem mediator. xcvi. diſtin. cum ad verum. xxiii. q. iiii. quæſitum. ordo autem melior non poteſt eſſe in regimine eorundem, quàm quòd in eorum regimine Deo, à quo eorum proceſsit poteſtas, & cuius regimini debet corformari regimen orbis. lxxxix. diſtinctio. ad hoc xvi. q. i. ad hoc. inquantum poſſunt ſint conformes, & in hoc potiſsimè, vt ſicut Chriſtus Dei filius ver⁹ Deus, & verus homo, verus rex, & verus pontifex, cœpit facere & docere, ſicut de eo ſcriptum eſt. xxvi. diſt. §. ecce. verſi. vnde. xxxix. diſtinctione. §. i. & Ioannis. vi. c. ſic & prædictus S. D. noſter Papa & reges primò bene & bona facerent, & exemplo ſuo ad idem faciendum alios compellerent. Cũ (prout Seneca ait) plus moueant exempla quàm verba. Et ſi dicatur quod legibus ſunt ſoluti, poteſt reſponderi, quòd non diuinis. Nam ſecundum Vrbanum Papam, etiã Romanus põtifex vbi dominus vel eius apoſtoli & eos ſequẽtes ſancti patres ſententialiter aliquid diffiniuerunt, ibi nõ legem nouam dare, ſed potius vſque ad animam & ſanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apoſtoli & propheta deſtruere (quod abſit) niterentur, non ſententiam dare ſed magis errare conuincerentur. Zoſimus etiã Papa ſcribit, quòd contra ſancta ſtatuta patrum condere aliquid vel mutare, nec huius quidem ſedis apoſtolicę poteſt authoritas. Apud nos enim in conuulſis radicibus (ſicut inquit dictus Zoſimus) viuat antiquitas, cui decreta patrum cenſerunt reuerentiam exhibendam xxv. quæſt. i. c. contra. & ca. ſunt quidam. Gelaſius etiam Papa ſcribit eadem cauſſa & q. c. confidimus, quòd nullam ſedem magis oportet ſeruare & exequi à Sinodis cõſtituta quàm ſedem Romanam. Damaſus etiam Papa ſcribit, quòd violatores canonum voluntariè grauiter à ſanctis patribus iudicãtur & à ſancti ſpiritus inſtinctu, cuius ac dono dicati ſunt dãnantur, quoniam blaſphemare ſpiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros canones non neceſsitate cõpulſi, ſed libenter (vt præmiſſum eſt) aliquid

Se deo cõformet rex aut alius princeps.

Exemplá plus mouẽt quàm uerba.

Lege diuina principes ſeculi nõ ſunt ſoluti.

Viuat antiquitas.

Violatores canonũ iudicantur ut hîc.

aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio maniſeſtè vnum genus eſt blaſphemantiũ ſpiritumſanctum. quoniam (vt iam prælibatum eſt) contra eũ agit cuius nutu & gratia ſancti canones editi ſunt. e. cau. & q. c. violatores. ex quibus liquidè conſtat, quòd non ſolùm ſtatuta in diuinis legibus, verùm etiam à ſanctis patribus, in cōcilijs & ſacris canonibus ſeruari debent. Propter quod Leo Papa ait. Ideo permittente domino, paſtores hominum ſumus effecti: vt quòd patres noſtri ſiue in ſanctis canonibus, ſiue in mundanis affixere legibus excedere minimè debeamus. contra ſanctorum quippe ſaluberrima agimus ſtatuta, ſi quod ipſi diuino ſtatuerunt conſulto intactum nō conſeruamus. ea. cau. & q. ideo. Gregorius inſup ſcribit de ſeipſo, & poteſt intelligi de ſucceſſoribus eiuſdē. Si ea deſtrueremus, q̄ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, nō cō ſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè cōprobarer. xxv. q. ii. ſi ea. Idē etiã ſcribit, quòd ſicut ſancti euãgelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſe ſuſcipere & venerari fatetur, ſcilicet Nicenum, Cōſtantinopolitanũ, Epheſinũ, & Calcedonē. ſubiiciens, Hæc tota deuotione cōplector, integerrima cuſtodię approbatione: quia in his velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura cōſurgit, & cuiuſlibet vitæ cōmunis atque actionis norma cōſiſtit. & infrà ſubiicit. Cunctas verò quas præfata veneranda cōcilia perſonas reſpuunt, reſpuo: & quæ venerantur, amplector: quia dum vniuerſali ſunt conſenſu inſtituta: ſe, & nō illa, deſtruit quiſquis pręſumpſerit abſoluere quos ligant: aut ligare, quos abſoluũt. xv. diſtin. ſicut. & cōcordat præcedens & ſubſequens. c. & xvi. diſt. quoniã ſancte. & c. ſancta octo concilia. Et Nicolaus Papa ſcribit xii. diſt. ridiculũ. quod ridiculũ eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitus à patribus ſuſcepimus, infringi patiamur. Et in i. ca. tertii. c. concilii Toletani continetur, quòd conciliorum ſtatuta & præſulum Romanorũ decreta ſeruantur, & cuſtodiantur à cunctis. De principibus autē ſecularibus nequaquam dubium eſt quin ipſi ſe velle fateantur viuere ſecundũ leges eorũ. C. de legibus. digna vox eſt & C. de teſta. ex imperfe

Gen⁹ uniũ blaſphemie hic ponitur

Euerſor nō cōſtructor quis dicatur.

Cōmēdantur quatuor cōcilia.

Principes fatētur uel le ſe uiuere in ſuas leges.

cto. & ff. de lega. iii. ex imperfecto. inſti. quibus mo. teſta. infir. §. vlti. Yſodorus inſup ſcribit in iii. lib. de ſummo bono. c. lii. & ponitur pro palea in decretis. ix. diſt. quod iuſtum eſt principē legibus obtēperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerētiam præbet. Principes legibus teneri ſuis, nec in ſe poſſe dānare iura quæ in ſubiectis conſtituunt, iuſtum eſt. Iuſta eſt enim vocis eorum authoritas, ſi quæ populis prohibent, ſibi licere non patiantur.

Titulus tertius.

De limitanda ſuperiorum poteſtate.

Poteſtas ſub ratiōe regēda eſt.

Regenda igitur atq; limitanda, & reſtringenda eſt ſub ratione poteſtas, vt totum ratio regat, ſicut Grego. Mauritio Imperatori ſcribit. xi. q. iii. illa præpoſitorum. ad hoc vt ab eorū ſuperioribus vel prędeceſſoribus tradita ab eis cōſtituta, aliis conſeruanda, nō contēnenda demōſtret. Exēplo Chriſti, qui ſacramēta eccleſiæ quæ obſeruāda mā dauit, primùm in ſe ipſo ſuſcepit, vt ea in ſe ipſo ſanctificaret. xx. q. i. §. his ita. Luc. ii. c. Nō enim debent naſci iniurię vnde iura naſcūtur: ſicut Inno. iii. ſcribit. extra de accuſa. qualiter & quādo. i. C. vnde vi. meminerint. Et qui me debet defendere in iuſtitia, non debet me impugnare: nec debet quis facere illud, à quo debet alios prohibere. extra de natis ex libero vētre. c. vnico, de cleri. cōiuga. diuerſis ſalatiis. xxv. diſt. ca. deinde. xlii. diſ. §. i. xi. q. i. ſilueſter. ff. ſi ſeruitus vēdi. alicuius. ff. de cōdit. inde. frater à fratre. ff. de euic. venditorē. ff. de neg. ge. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de adminiſtrat. tut. quoties. Cū itaq; ſummū bonum in rebus ſit iuſtitiā colere, atque ſua cuique iura ſeruare, & in ſubditis nō ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquū eſt cuſtodiri, ſicut Greg. ad Conſtantiā Reginā Frācię ſcribit. xii. q. ii. cū deuotiſsimā. ad hoc debent do. Papa & omnes reges adhelare. Nā ſicut idē Greg. Romano defenſori Siciliæ. Si qua vnicuiq; epiſcopo iuriſditio nō ſeruatur. xi. q. i. peruenit. Vnde enī ait Aug. iiii. de ciui. dei. remota iuſtitia quid ſunt regna & dn̄ia niſi magna latrocinia? Hæc

Defenſor non offendat.

Sūmū bonū dicitur colere iuſtitiam.

auté iuſtitiá ſeruaſſe legunt veteres qui etiá diuinę legis notitiá nó habebát. Ná quę in eorú erát ſtatuta legib. in ſeipſis & ſuis ſicut & in aliis & pluſq̃ in aliis obſeruabant, ſicut per multa probat exépla Valerius. Quod cótra illos potentes qui non obſeruát ll. quas condút, ſed alios infirmiores obſeruare cópellút. Narrat itaq; Vale. ipſe lib. vii. ꝙ ſubtilis Anacarſus leges aranearú telis cóparabat. nam illas infimiora animalia retinere, valétiora auté tráſire dicebat: inferens ex hoc, ꝙ mali principes & rectores ac potétes legibꝰ teneri nolebát, ſed inferiores omnino alligabát. Nó imitátes exéplú quod narrat Aug. de ciui. dei. li. i. c. xv. & Tulliꝰ li. i. de offic. & lib. iii. de Marco Regulo Romano. nobiliſſimo à Cartagineñ. capto, & Romam miſſo ſub iuraméto præſtito redeundi, vt quoſdá nobiles Cartagineñ. captos à Romanis ꝓ ſeipſo reddi procuraret & cómutari. Qui vidés talé cómutationé, cùm ipſe ſenex & cófractus eſſet, & alii eſſent adoleſcétes in armis potentes, Romanis forè inutilé, præferés publicá & cómunem vtilitaté priuatę, reddi noluit pro eiſdé, ſed ſe potius hoſti crudeliſsimo reddidit cruciádú. Et ſimile exéplú narrat idé Aug. de ciui. dei. lib. xiiii. c. xiiii. de quodá rege Athenié. q audito ꝙ victores eſſent Atheniéſes cótra Poloñ. ſi eorú dux occideret, ſeipſum habitu tráſformato hoſtibꝰ occidédú obiecit, malés mori, ne ſui vincerent, q̃ ſuis vincere ſupatis. Duo etiá fuerút pcepta Plato. ſicut ait Tull. li. i. de offic. volétibus répu. ſalubriter gubernare, & reipu. prodeſſe, vnú videlicet, vt vtilitaté ciuiú ſic tuerent, vt quęcúq; agerét, ad eá referrét, obliti cómodorú ſuorú. Alterú, vt totú corpus reipu. curarent, nedú ad parté aliquá attéderét, reliquá defererét. Si itaq; mundi huius rectores & principes obſeruarét iſta cóſilia & pręcepta Plato. & ea q̃ ſuprà pmiſſa ſunt, huma. genꝰ & répu. ſalubriter gubernarent, ſicut & fecerút antiqui. Sed (ſicut ait Cath. cuiꝰ verba recitat Aug. v. de ci. dei. c. xiiii.) Nó ſic núc múdꝰ regit, ſicut túc téporis regebat. vnde ait ille Cat. nolite (inqt) exiſtimare maiores veſtros armis rép. ex parua magná feciſſe. Ná ſi ita eſſet, multò plura nos q̃ illi haberemꝰ, quippe ciuiú ac ſociorú: pterea equorú armorúq; maior copia nobis q̃ illis eſt. Sed alia fuere q̃ illos viros magnos vbi-

Leges telis aranearú cóparátur.

Marcus Regulꝰ ꝓ republic.

Præcepta ad rēpubl. gubernádá

Antiquorũ ꝓuidentia hîc ponitur

q; fecerũt, q̃ nobis nulla ſũt: videlicet domi induſtria, foris iuſtũ imperiũ, animus in cõſulẽdo liber, neq; delictorũ libidini obnoxius. Pro his autẽ (vt ille Cat. ſubiicit) in perſonas regentiũ & adminiſtrãtiũ reipu. nos habemus luxuriam, auaritiam, publicã egeſtatem, priuatam opulentiam, laudam⁹ diuitias, ſequimur inhertiã, inter bonos & malos diſcrimen nullum, omnia virtutum premia ambitio poſsidet. Et notabiliter dicit, quod ærarium eſſet opulentium, tenues res priuatæ erant. Antiqui namque conſules reipublicę pręſidentes, pauperes erant in rebus priuatis: vnde narrat Auguſtinus in dicto. c. xiiii. quòd Lucius Valerius in ſuo conſulatu deificatus, adeò pauper fuit, vt nummis à populo collectis eius ſepultura curaretur. Conſimilia narrat Valerius lib. xiiii. de re militari. de Attilio Regulo, qui cum ſummis rebus præfuiſſet ac nummis, àdeò pauper fuit, vt vxorem liberóſq; collocaret in quodam agello qui collebatur ab vno villico: nec etiam videbantur eſſe ditiores in ſuis dignitatibus quàm antè. Vnde narrat Auguſtinus de Quintio: quod cum certa iugera terrę poſſideret, & ea ſuis manib⁹ coleret, & ab aratro adduct⁹ fuiſſet vt ſupra cõſularẽ dignitatẽ dictator fieret, & victis hoſtibus ingentem gloriam conſecutus fuiſſet: tamen in priſtina paupertate remanſit. Illud nempe erat laudabile ſtudium rem publicã ſalubriter gubernantibus, vt ipſi in ſuis domibus pauperes eſſent, & res publica abundaret. Quia dominari propter lucrum & propter honorem, nullaten⁹ intendebãt: vnde cùm Marco Curio conſuli magnum põdus auri oblatum fuiſſet, ait, ipſum reſpuẽs: non aurũ præclarum haberi ſibi videri, ſed eis qui habent aurum imperare. Conſimile etiam narrat Valerius libro iiii. de re militari, de Fabricio cõſule reſpuẽte grande pondus auri à legato ſibi oblatum, & dicente ſe mauelle illud habentibus imperare quàm illud habere. Iſtud itaque regimen erat cõmendabile & ab his qui pręſunt imitabile. De eiſdem etiã narrat Valerius libro. vi. quòd nullo modo reipublic. præeſſe volebat, niſi & prodeſſe valeret. Et ponit exemplum de Cornelio Scipione: qui cùm Hiſpaniam vt iret ſorte eueniſſet, reſpõdit ſe nolle illuc ire, addita cauſa, quòd ſe rę

Principes habẽt deſcripta hîc mala.

Quiti⁹ hic cõmemoratur.

Imperare aurũ habẽtib⁹, nõ auro Imperari.

Præeſſe ni ſi & prodeſſe.

ctè facere neſciret. Præfati in ſuper boni adminiſtratores reipublicæ, non patiebãtur filios, & alios propinquos eis adſiſtere, niſi reipublicæ poſſent prodeſſe. Vnde narratur in hiſtoriis de Helio Adriano, qui cùm ex ſenatorib⁹ eſſet creatus imperator, obſecrante ſenatu, vt filium ſuum Auguſtum Cęſarem nominaret, Reſpondit, ſufficere, inquã, debet, vt ego ipſe inuitus regnauerim. Principatus enim non carni vel ſanguini debetur, ſed meritis. Inutiliter regnat, qui Rex naſcitur, & non meretur. Proculdubio parentum affectum exuit, qui paruulos ſuos importabili mole ſuperiecta extinguit. hoc enim ſcilicet taliter promouere indignos propinquos, eſt (vt ibi dicitur) non promouere, ſed ſuffocare eoſdem. Alendi enim ſunt primò virtutibus exercendi, & cũ in eis profecerint comprobãdi, & inter probatos meliores aliis præferendi. Prohdolor, ſi præmiſſa ſeruabãtur in rectoribus & in adminiſtratoribus reipublicę, qui legis diuinæ notitiam non habebant, Nónne eſt ineſtimabile dedecus, ſi moderni adminiſtratores reipublicę, qui fide illuminati ſunt, & alios illuminare & corrigere debẽt, in ſeipſis talia nõ obſeruant. Verendũ quippe eſt, ſi contrarium faciunt, quòd & ipſi diſcernant, & in ſinu ſuo colligant cauſam ſuam. xvii. diſtinc. §. hinc etiam. xxi. di. nunc autem. quod in eis comprobatur illud quod dicitur Sapien. vi. c. Audite reges & intelligite: diſcite iudices finium terrę, præbete aures, vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationũ: quoniã data eſt à domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis miniſtri illius regni, nõ rectè iudicaſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatẽ Dei ambulaſtis, horrẽdè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſsimũ in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim cõceditur miſericodia: potentes autem potenter tormẽta patientur. In quibus conueniens Nicolaus Papa ad Lotharium Regem Franciæ ſcribit deterius quippe in populis prelati delinquunt, ac per hoc ipſi grauius quàm cæteri puniuntur. tot enim mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exẽpla tranſmittunt. xi. q. iii. preci-

Principat⁹ meritis nõ ſanguini debetur.

Ineſtimabile dedecus.

Audite reges & cæteri terreni pricipes

pnè. certũ eſt enim quòd homo Chriſtanus (ſicut Ioannes Chriſoſtomus ait) fortiter cadit in peccatũ propter duas cauſas: aut propter magnitudinem peccati, aut propter al titudinẽ dignitatis. xl. di. homo Chriſtian⁹. Obſecro itaque vt iuxta ſtatuta Carthagineñ. cõcilii quarti. Non ſuæ delectationi, nec ſuis morib⁹, ſed his patrum diffinitionibus aquieſcat. xxiii. diſtinctione. qui epiſcop⁹ in fine. Nã, vt ait Greg. in moralib⁹. part. vi. li. xxxii. c. lv. &. vi. omne quod hîc eminet, plus merorib⁹ afficitur q̃ honorib⁹ gaudeat. xiii. di. nerui. Et ſecũdum eũdẽ, tot vnuſquiſq; portare onera cogit, quot in hoc mũdo principatur, ſicut in paſtorali ait. Quæ pauca ſufficiant ad probandũ. ꝙ ſi ſupradictæ poteſtates, ſcilicet eccleſiaſtica & terrena volint mũdũ & gen⁹ humanũ ſalubriter gubernare, quòd ſe & ſua facta & dicta deberent diuinis & humanis legibus conformare: & ſe per imitationem eis ſubiicere: & exempla eorũ quæ agenda ſunt, ſequentibus & ſubditis demonſtrare: & nõ vt preſint, nec vt ipſi vel ſui diuites efficiantur, rempublicã gubernare. Aliter enim ſecundũ dictum Leonis Papę. ſi quærunt quę ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, facilè à legibus & doctrinis ſuprà poſitis diſceditur: & dum dominari magis quòd conſulere ſubditis placet, honor inflat in ſuperbiam: & quod prouiſum eſt ad cõcordiam, tendit ad noxam. xlv. di. licet nonnunquam. Verùm cùm ſcribatur Prouer. xi. quòd ibi ſalus, vbi multa conſilia. & Innocent. Papa ſcribit, quòd facilius inuenitur illud quod à pluribus ſeniorib⁹ quæritur. xx. diſt. de quibus. extra de offic. delegati. prudentiam. in fine primi reſpon. Et lex dicat quòd ꝑ ampliores homines manifeſta veritas reuelat̃. de fideicõ. l. vltima &. C. de inge. manu. l. iii. Et exemplũ habeamus in veteri teſtamento de Moyſe, qui ad conſilium Ietro cognati ſui. lxxii. ſeniores ſecum aſſumpſit: quia vltra vires ipſi⁹ Moiſy erat, quòd ipſe ſolus populum iudicaret, Exo. xviii. de mandato domini. xii. apoſtolis. lxxii. diſcipuli in miniſterium ſunt adiũcti: quia meſſis multa erat, operarii verò pauci. xxi. di. in nono. Matth. ix. & Io. iiii. c. Videretur eſſe ſalubre conſilium pro republica, & pro dictis administratoribus reipublicæ, quòd ſic ſub ratione vt præ-

Cõformare ſe diuinis legib⁹ habẽt principes.

Quãdo ueritas inueniatur.

miſſum eſt, limitaretur poteſtas eorundem, quòd abſque certo conſilio dominorum cardinalium dominus Papa, & reges ac principes abſque aliorum proborum conſilio (ſicut hactenus in republica ſeruabatur) non vterentur prętogatiua huiuſmodi poteſtatis potiſsimè aliquid concedẽdo contra concilia & contra iura approbata communiter. Et quòd contra dicta concilia, & iura nihil poſſent de nouo ſtatuere vel condere niſi generali conſilio conuocato. Cùm illud quod omnes tangit, ſecundum iuris vtriuſque regulam, ab omnibus debeat communiter approbari. Vt enim Auguſtinus ait in libro de vera religione. c. lx. In iſtis tẽporalibus legibus quãquã de his homines iudicent cùm eas inſtituũt, tamẽ cùm fuerint inſtitutæ & firmatæ, nõ licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecũdũ ipſas. iiii. di. in iſtis, vnde Leo Pap. ſcribit ꝙ illa q̃ ad perpetuã ſunt generaliter ordinata vtilitatem, nulla commutatione varientur, nec ad priuatum trahantur commodũ, quæ ad bonum ſunt commune præfixa. Sed manentibus terminis quos conſtituerunt patres, nemo iniuſtè vſurpet alienum: ſed intra fines proprios atque legitimos (prout quiſq; valuerit) in latitudine ſe exerceat charitatis. xxv. q. i. q̃ ad perpetuã. Certũ nãq; eſt, ꝙ præſidentes ſpirituali & tẽporali poteſtati, ſunt homines, & ideo tãq̃ homines de facili poſſunt labi. hinc dicebat Valẽtinian⁹ Imperator alloquẽs ſinodũ, Talem in põtificiali conſtituite ſede, cui & nos qui gubernamus imperium ſincerè noſtra capita ſubmittam⁹, & eius monita (dũ tanquã homines delinquim⁹) neceſſariò veluti curãtis medicinã ſuſcipiam⁹, ſicut habet in hiſto. tripartita. lxiii. di. c. Valẽtinian⁹. De dño autẽ Pa. certũ eſt (ſicut Symacus Pa. ait) ꝙ nec ipſe nec etiã Beat⁹ Pet. cũ ſedis priuilegio licẽtiam acceperunt peccandi, vt patet xl. diſt. nõ nos. &. c. ſi Papa. Quinimo (ſicut Alexãder Pa. ait.) Quãto familiariores eſſe debent ſaluatori, tãto magis impugnãtur ab inimico generis humani, qui mille habet fallendi modos, & qui conatur à principio ruinæ ſuæ vnitatem eccleſię reſcindere, charitatẽ vulnerare, ſanctorum operum dulcedinẽ inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanũ genus euertere & pertubare, ſicut Ioãn. Pa.

Votum authoris ponitur ſalubre & optatum.

Iudicare nõ de legibus ſed ſecundum leges decet.

Pap. nõ accepit licẽtiã peccãdi

Inimicus generis humani mille modos habet decipiendi.

ait.iii.q.i.nulli.xvi.q.ii.viſis. Nulli etiam dubiũ eſt, quin pluribus intẽtus, minor ſit ad ſingula ſenſus. Vnde quanq̃ ſint dignitate cæteris altiores, Interdũ euenit propter minimam præoccupationẽ negotiorũ (ſicut Greg. in paſtorali ait) quòd non ſunt in agẽdis & in iudiciis cæteris certiores. Propter quod proſpiceretur nõ ſolùm rei publicę, ſed eiſdem, quòd omnia cum conſilio agerentur, iuxta dictum ſapientis: & à iuris tramite nequaquam diſcederent ne poſtmodum pœniterent.

Titulus quartus.

De diſpenſationibus.

PORrò ſi prætendatur quòd licitum eſt diſpenſare ſupra iura, Reſponderi poteſt, quòd cùm diſpenſatio (ſicut iuriſtæ tradunt) ſit prouida iuris communis relaxatio, vtilitate ſeu neceſsitate penſata per eum ad quem ſpectat, canonicè facta: vt colligĩt.i.q.vii.§.niſi rigor diſcipli. & c. neceſſaria cum ſequẽtibus cc. Nõ eſt ſecundum Iuriſtas cenſenda diſpenſatio, ſed diſsipatio, ſi aliter fiat, cũ ius vulneretur ex ea.xxiii.q.iiii.ipſa pietas.circa finem.vnde non eſt ad dictam diſpenſationem abſque deliberatione prouida procedendũ, extra de trãſact.c.fi.dominus enim cuius eſt vicarius Papa (ſicut ait Beatus Ambroſius in lib. de officiis) non vult ſimul effundi opes, ſed potius diſpenſari.lxxxvi.di.nõ ſatis. potiſsimè cùm ius, cõtra quod ſit diſpenſatio, ſit ars boni & ęqui: cuius merito quis nos ſacerdotes, id eſt ſacrorum pręceptorum miniſtros, appellat.ff. de iuſt.& iure.l.i.§.ius.ii.quæ.vii.§.fuerunt. contra quod quidem bonum & æquum abſque magna neceſsitate vel vtilitate diſpenſari non debet, cùm illud quod iure agitur iuſtè agatur. Et bene (ſicut Auguſtinus ad Macedoniũ ait xiiii.q.iiii.quid dicam.) ius dictũ eſt. Igitur dictæ diſpẽſationes ex cauſis debitis & neceſſariis, non ex volũtate nec acquiſitis fieri debẽt, cùm de decoloratione ſtatus eccleſiæ agatur. i.q.vii.& ſi illa &.c.tali coniũgio.extr.de electione.innotuit.§.multa.&.§.finã.Vnde ſi diſpenſant ex cauſis indebitis, peccãt: nec fortè illi cum quibus diſpenſatur,

Quid ſit diſpẽſatio

Opes nõ debent effũdi ſed diſpenſari.

iuuantur,ſed potius grauantur,prout nõ.extra de voto & vo.re.non eſt.&de ſtatu mona.cum ad monaſterium in fine.& cõcordat.xxv.q.i.ſunt quidam. extra de reſtitutio. ſpoli.literas.xcv.di.olim.xvi.di.ſicut &.c.ſequen.extra de renuntia.poſt tranſlationem,Reſpon.i.&.c.niſi.extra de bigamis.c.iii.xiiii.di.ſicut.xxvi.di.deinde de celebra. miſſa.cum Marthæ.xiii.di.c.i.de trãſactio.c.fi.de tempo. ordi.c.fi.de exceſ.prela.ex literis.de homicidio.c.i.50.di. miror.&.c.clericum.i.q.i.ſtatuimus.&.c.ſi quis à Symoniacis.i.q.iiii.requiritis.i.q.vii.qui in qualibet.& ca.conuenientibus.ad finem.& c.ſaluberrimum.in fi.de conſe. di.iiii.qui bis.& c.confirmandum.Vnde prudenter aget Do.Pap.ſi in diſpẽſationib⁹ & aliis ſeruet conſilium Leonis Papę in prealle.c.ſicut.Dicit enim quòd ſicut quædam ſunt quę nulla poſſunt ratione conuelli,ita multa ſunt quę aut pro neceſsitate temporũ, aut pro conſideratione ætatum oporteat temperari,illa conſideratione ſemper ſeruata,vt in his quæ vel dubia fuerũt aut obſcura,id nouerim⁹ ſequendum,quod nec præceptis euangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum patrũ inueniatur aduerſum.Penſet itaque eiuſdem Do.Papæ ſanctitas,ſi ex diſpenſationibus quę paſsim iuxta ſtilum Romanæ curiæ fiunt,rumpitur neruus.50.di.preſbyteros. xxxiiii.q.ii.in lectũ. xv.q. i.ſi quis inſaniẽs.xxiii.q.v.excõmunicatorũ.Et ſi eſſet ſibi & vniuerſali eccleſiæ de prelibato à remedio iuris cõueniens,acquieſceret traditionibus,& ceſſaret à dictis diſpenſationibus,indulgentiis &conceſsionibus,priuilegiis & exemptionibus,quę ſunt cõtra bonun commune: quod preferendum eſt priuato.vii.q.i.ſcias.viii.q.i.in ſcripturis.Et quę ad priuatum videntur trahi cõmodum,abſtinendum. xxv.queſti.i.c.iii. Nam ſicut ſcribit Hieronim.ad Ruſticum Narboneñ.epiſcopũ.Ex quo in eccleſiis ſicut in Romano imperio creuit auarita,periit lex de ſacerdotibus,& viſio de propheta.xciii.di.diaconi ſunt.de Craſſo legitur, quòd aurum ſitiuit,& aurum bibit.i.q.i.§.ex his verbis:

Diſpẽſati nõ iuuantur, ſed grauãtur.

Ceſſaret diſpenſationibu:

* Hunc punctum amplè diſcuſsit, his diebus,in ſuo tractatu diſpenſationum Probus.

Titulus quintus:

De exemptionibus.

DE exemptionibus autem, ex qua cauſa cōceſſæ fuerint, & continuò concedantur: & quis fructus modernis temporibus ſubſequatur ex eis, haberet Do. noſtri Papæ ſanctitas prouidere. Magna nanque authoritas iſta in Dei eccleſia eſt habenda: & ſi nonnulli ex prædeceſſoribus & maioribus noſtris fecerunt aliqua quæ illorū tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertūtur in errorem & ſuperſtitionem, vt ſine tarditate aliqua, & cum magna authoritate à poſteris deſtruātur. lxiii. diſt. §. verum. Vnde Ezechias diſsipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, cōfregitq; ſerpētē æneū, à Moyſe iuſſu Dei factum, ne ſerpentina morte populus interiret. Et laudatur dictus Ezechias deſtruxiſſe quod tendebat ad perniciem, quod iubente Deo fecerat ille. Num. xxi. 4. Regum xviii. c. Non enim debet irreprehēſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque variantur humana, præſertim cùm vrget neceſsitas, vel euidens vtilitas id expoſcit. Cùm ipſe Deus ex his quę in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauerit in nouo: ſicut habetur ex concilio generali, extr. de conſang. & affini. nō debet. xxix. diſt. c. i. & ii. iiii. diſt. erit. xxxii. q. iiii. quis ignoret. & c. obiiciuntur. xxiii. q. vii. occidit. extr. de tranſac. c. fi. de ſent. excom. ſuper eo. Ex quib⁹ infertur, quòd ſi maius damnum & maius inconueniens ſubſequatur ex dictis diſpenſationibus & dictis exemptionibus, quàm vtilitas, ꝙ haberent per eiuſdem ſummi pontificis prouidentiam reuocari, quod facilè oſtendi poteſt iuribus & rationibus ſupradictis. Quod autem ad faciendum dictam reuocationē exēptionū, Do. Pa. de facili debeat eſſe inclinatus, poſſunt & debent eū mouere non ſolùm prędicta, ſed etiam multa alia. primū eſt generalis ordinatio vniuerſalis eccleſię ꝓcedēs ex Deo, ab apoſtolis, ſanctis patrib⁹, generalibus conciliis & Roma. pōtificibus cōprobata & obſeruata: ſecūdū quam eis religio Chriſtiana, & generaliter omnia mona-

Variātur humana ſtatuta ex cauſa.

Cauſæ ꝓpter quas reuocari debeāt exemptiones.

ſteria & loca religioſa, Abbates, Abbatiſſæ, monachi, moniales, & omnes alii religioſi & perſonæ eccleſiaſticæ immediatè ſubſunt gubernationi & curæ epiſcoporum in ciuitatibus & diœceſibus eorūdem tanquā ſuperiorum ſuorum, apoſtolorúmque ſucceſſorum & poteſtatē habētium: vnde cùm do. Papa tantam & talem obſeruationem imitari non debeat, nec fortè valeat, ergo nec generales exemptiones, priuilegia, libertates, & immunitates derogatiuas & præiudicatiuas honori, poteſtati, ſtatui, ordinationi, & ordini dictorum epiſcoporum & ordinariorū, contra prædictam generalē ordinationem ſic paſsim cōcedere no debet, nec etiam forſitan valet: prout & infrà ſcriptis iuribus comprobatur. Quòd autem generalis ordinatio eccleſiæ procedat à Deo, & attendēda ſit, ꝓbatur authoritate Grego. lxxxix. diſt. ad hoc. & xvi. q. 1. ad hoc. Nam vt ibidē dicitur, Ad hoc diſpenſationis prouiſio grad⁹. diuerſos & ordines diſpoſuit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiā minores potentibus exhiberent, & potētiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret. Et ex diuerſitate connexio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neq; enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo conſeruaret. Quia verò quęque creatura in vna eadémq; qualitate gubernari vel viuere non poteſt, cæleſtium militiarū exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt angeli, ſunt archangeli, & liquet quia nō ſūt ęquales, ſed in poteſtate & ordine differunt alter ab altero. In quo quidē c. dicit glo. lxxxix. diſt. quòd dicta prçlatio durabit vſq; in diem iudicii, quòd probat authoritate apoſtoli dicentis, 1. Corint. xv. Dū mūdus iſte durabit, homines prçſunt hominib⁹, dęmones dęmonibus, angeli angelis. Cùm autem Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit dicta prælatio, non tamen ordo vel maioritas, de pœ. diſt. iiii. in domo. Et dicta diuerſitas ordinū eccleſiaſticorum prælationis eſt propter concordiam humani generis inſtituta, ſicut Leo Papa ait, xlv. diſt. licet. ii. Et ne ſciſma fieret in eccleſia Dei, ſicut probat Hieron. ad Euandrum epiſcopum, xciii. diſt. legimus. & idem probat ad Neopotianum ſcribens, xcv. diſt. Eſto ſubiectus ponti-

Compenſantur minores à maiorib⁹.

Quando ceſſabit prælatio.

ſici tuo, & ipſum quaſi animæ parentem ama. Idem etiam probat dictus Gregorius in dicto c. ad hoc. locorum grad⁹ rationis ordo diſtinxit, & iudicia eſſe cõſtituit, vt nec præpoſiti in opprimendo ſubiectos, ſe fruſtra valeant occupare, nec ſubiectis iterum contra ſuos prępoſitos effrenata ſit reſultandi licentia. Non eſt ergo dicta diſtinctio graduum & prælationis contemnenda, ſicut dicit Ioan. Chriſoſt. xi. q. iii. Nemo contemnat. Nam à Deo eſt principaliter conſtituta in veteri teſtamento per Moyſen, qui ex præcepto domini, Aarõ in ſummum pontificem, filios verò eius vnxit in minores ſacerdotes, Exo. xxxi. c. In nouo autem teſtamento dicta diſtinctio graduum & maiorũ & minorum ſacerdotum diſcretio ab ipſo Chriſto ſumpſit exordiũ, qui duodecim apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes & lxxii. diſcipulos quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum verò quaſi in ſummum ſacerdotem elegit. Apoſtoli autẽ in ſingulis ciuitatibus epiſcopos ordinauerũt, xxi. diſt. §. i. Et ligãdi atque ſoluendi poteſtatem tam Petrus quàm apoſtoli à Chriſto receperũt. Primò tamen Petrus, ſicut Anacletus Pa. ait, hanc ligandi & ſoluendi ſupra terram poteſtatẽ accepit à domino: primúſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Actuũ. ii. Rom. x. Cęteri verò apoſtoli cum eodem Petro pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt à Chriſto, ipſúmque Petrum principem eorum eſſe voluerunt. Ipſis verò apoſtolis decedẽtibus, in loco eorum ſucceſſerunt epiſcopi, quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem ſpernit, Deum, à quo miſsi ſunt, & cuius funguntur legatione, ſpernit: & ipſe indubitanter ſpernetur à domino. Videntes autem ipſi apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios paucos, rogauerunt dominum meſsis, vt mitteret operarios in meſſem ſuã. vnde ab eiſdem apoſtolis electi ſunt lxxii. diſcipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum loco ſunt in eccleſia conſtituti: ſecundũ Anacle. xxi. diſt. in nono. & concordat cum dicto Anacle. Cyprianus Pap. xxiiii. q. i. loquitur. vbi dicitur per eũdem: Loquitur dominus ad Petrum, Ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Super vnum ædificat eccleſiã. Et

Ordo graduum eccleſiæ.

Primatus Petri.

Preſbyteri loco diſcipulorũ ordinati.

quamuis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, accipite ſpiritum ſanctum. Tamen vt veritatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant vtique cæteri apoſtoli quòd Petrus fuerat, pari cõſortio prędìti & honoris, & poteſtatis: ſed ab vnitate exordium proficiſcitur, vt eccleſia Chriſti vna monſtraretur: & ita ſubiicit in eodem c. dictus Cyprianus. Epiſcopatus vnus eſt, cuius inſolidũ pars tenetur. vbi dicit glo. quòd idẽ ius reſidet apud quem libet epiſcoporum: tamen reuera quilibet habet ſe paratum & ſpeciale ius: ſcilicet in ciuitate & diœceſi ſibi commiſſa. ff. quemad. ſerui. amit. l. aquã. nõ quòd ſingula iura à quolibet inſolidum teneantur. ff. de verbo. obliga. l. ii. ff. de ſerui. l. viæ. Concordat ad premiſſa Auguſti. exponens illud Ioan. xx. & Matth. xvi. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cælis: quia dicit quòd ſuper hoc non eſt dictum tantùm Petro, ſed eccleſiæ, xxiiii. q. i. quod cunque &. c. ſequentibus & præcedentibus. idẽ & Auguſt. ait de Paulo, quòd Paulus Petrum reprehendit, quòd non auderet, niſi ſe non imparẽ ſciret. ii. q. vii. Paulus. cum quatuor ſequentibus. ad idem concordat Grego. Ioanni epiſcopo Ciracuſano ſcribens. xxii. diſt. de Cõſtantinopolitana, vbi dicit, quòd ſi qua culpa in epiſcopis inuenitur ratione eccleſiæ ſubiecti ſunt: cùm verò culpa non exigit omnes ſecundum qualitatẽ humanitatis æquales. facit ad idẽ. lxviii. diſtin. quorum vices. vbi dicit Vrbanus Papa, quorũ vices in eccleſia epiſcopi habent, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, ſanctus Auguſtinus oſtẽdit, inquiẽs. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. patres miſſi ſunt Apoſtoli. pro Apoſtolis nanque filii nati ſunt, & conſtituti ſunt epiſcopi. Hodie enim epiſcopi qui ſunt per totum mundum. vnde nati ſunt, patres ipſa eccleſia illos appellat, ipſa nanque illos genuit. Et ipſa illos conſtituit in ſedibus patrum. Non te ergo putes deſertam: qui non vides Paulum, quia non vides Petrum, quia non vides illos per quos nata es: de prole tua decernitur tibi paternitas. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues eos principes ſuper omnem

Vnitas hîc cõmẽdatur.

Culpa operatur.

Eccleſia nõ eſt deſerta p apoſtolorũ mortem.

terram.ad idem, xxxv.diſt.ecce.in fine.ii.q.vii.accuſatio. in fi.iii.q.i.nulli.in fin.vii.q.i. omnes.ii.q.v.habet.in fi. Mat.x.Luc.ix.Apoſtolus etiã legens de dictis epiſcopis & ordinariis dicit. Epheſi.iiii.quoſdã dedit Apoſtolos,quoſdam autẽ prophetas,alios verò euãgeliſtas,alios doctores ad conſummationem ſanctorũ in opus miniſterii,id eſt ædificationem corporis Chriſti:ſecundum etiam prędictum Apoſtolum. Romanorum.xiii. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus debet eſſe ſubiecta: quia non eſt poteſtas niſi à Deo.quę autem à Deo ſunt ordinata ſunt:itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt ipſi,ſibi damnationem acquirunt. Patet itaque quòd dicta generalis ordinatio pręlationis à Deo in veteri teſtamento,& à Chriſto in nouo proceſſit. Et quòd inde epiſcopi poteſtatem ſuam accepetũt,quam Apoſtoli habebãt, & quòd dicta ordinatio non eſt contemnenda, nec interdicenda,probat Aug. per dicta Baſilii.xi.di. eccleſiaſticarũ. Beatus verò Bernar.in li.de cõſide. ad Eugenium Papam ſuper hoc ſcribit,dicens. Nec vilem reputes formam hãc, ſ.eccleſiaſtici ordinis quæ in terris eſt,exẽplar enim habet è cœlo.iuxta illud Apo.xxi. Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem deſcendentem de celo,à Deo paratam. Quod idem Bern. p ſimilitudinẽ eccleſiæ militantis ad eccleſiã triũphãtẽ aſſerit eſſe dictũ:quia ſicut illic Seraphim,cherubim,ac cęteri quiq; vſq; ad angelos & archãgelos ordinantur, ſic ordinantur ſub vno capite,ſic & eccleſiæ gradus. non igitur paruipendenda, nec interdicenda eſt dicta ordinatio, quæ Deum habet authorem. Sanè quòd iuxta dictam ordinationem diuinam & generalem vniuerſalis eccleſiæ,epiſcopis tãquam ordinariis,& poteſtatem apoſtolorum in eorũ ciuitatibus & diœceſibus habentibus ſubditi,debeãt omnia monaſteria & loca religioſa habere probatur. xvi. quæſt.vii.omnes baſilicę:vnde conſtitutio Aurelianñ.cõci. ponitur ſecundum quòd omnes baſilicæ,quæ per diuerſa loca conſtructę ſunt,vel quotidie conſtruuntur,in epiſcopi poteſtatem conſiſtere debent, in cuius territorio poſitæ ſunt.ad idem.xviii. quæſtio.ii. monaſteria. quod eſt eiuſdem concilii Aurelianeñ. in quo dicitur, quòd monaſte-

Dedit dñs apoſtolos, &c.

Poteſtas non niſi à Deo.

Forma ordinis eccleſiaſtici exẽplar habet in cœlo.

ria & monachorum diſciplina, ad eum pertineant epiſcopum, in cuius territorio ſunt conſtituta. Ad idem, eadem quæſtio. cognouimus. vbi dicit Grego. quòd monaſteria ſeruorum Dei, vel fœminarum, ſint ſub cura epiſcopi loci ſub cuius moderamine degunt: quia valde eſſet indecens, vt eo obmiſſo alius quilibet ſe illorum cauſsis admiſceat. Sed ille eorum vitas competenti regularíque moderamine diſponere, qui pro commiſsis animabus eorum compellitur reddere rationem. ad idem de inſtitu. cum veniſſent. primũ reſpon. vbi dicit Innocen. quòd ad epiſcopum talia de iure communi pertinent. Ad idem de religio. domi. de ſynodochiis. vbi dicitur, quòd ſecundum dicta Eugenii Papæ, ſynodochia & alia ſimilia loca per ſollicitudinem epiſcoporum, in quorum diœceſi exiſtunt, ad eandem vtilitatem quibus conſtituta ſunt, ordinentur. Concordat ad idem. xvi. queſtio. v. ſi quis epiſcoporum. in fin. vbi dicitur per Nicolaum Papã, quòd gubernatio omnis eccleſiæ ad eum epiſcopum pertinet, in cuius ciuitatis territorio eſt cõſtructa. Et idem conſtitutum eſt in iiii. conſtitu. Tho. per Grego. ead. quæſt. poſſeſsio. & ca. lator. Ad idem concordat Grego. in regiſtro. lxi. diſtinctio. obitum. circa finem. dum dicitur, monaſteria autem ſi qua ſunt in ipſius ſcilicet Panormitani epiſcopi conſtituta parochia in tua cũra (& loquitur viſitatori deputato ſede vacante) diſpoſitionéque. etiam concedimus, quouſque illis propitius epiſcopus fuerit ordinatus. Ad idem. xii. quæſtione prima. quoniam ad Heliam. vbi conſimile dicitur per Grego. ad idem. x. queſtione prima. quod eſt concilii Hylerdeñ. & cap. ſecundo. quod eſt concilii Tholoſa. capit. xx. & capit. iii. quod eſt ſecundi concilii Cabiloneñ. & capit. tertio. quod eſt Leonis quarti. & capit. quinto. quod eſt concilii Antiocheni. capit. vii. quod eſt. iiii. concilii Tholoſa. & capit. vii. quod eſt concilii Aurelianeñ. Ad idem eadem cauſſa. & quæſtio. ſecunda. epiſcopus hanc. quod eſt ex concilio Martini Papæ ſcilicet Brachareñ. ad idem. xvi. queſt. i. qui verè. quod eſt in cap. concilii Calcedoñ. vbi dicitur, quòd qui verè & purè ſolitariam vitam eligunt, digni ſunt conuenienti honore. Eos vero qui per ſingulas ciuitates ſeu poſſeſsiones

Monaſteria epĩs de iure cõi ſubſunt.

Digni honore dicũtur.

in monaſteriis ſunt, placet nobis epiſcopo eſſe ſubditos & quieti operam dare, atque obſeruare ieiunia & orationes, in locis, quibus ſemel ſe Deo deuouerunt, permanentes: & neque communicare eccleſiaſticas neque ſeculares aliquas attractare actiones, propria monaſteria relinquentes: niſi fortè iubeantur propter vrgentes neceſsitates ab ipſius ciuitatis epiſcopo: & neminem ſeruorum ſuſcipi in monaſterium, vt ſit cum eis monachus, niſi cum dñi proprii licentia: prætereuntem verò hæc, decreuimus extra cõmunionẽ eſſe, ne nomen domini blaſphemetur. Conuenit ergo ciuitatis epiſcopo, curam & ſollicitudinẽ neceſſariam monaſteriis exhibere. Concordat etiam cum dicto concilio Calcedonen. ea. cauſ. q. ii. ca. iii. vbi dicitur & ſtatuitur quatenus eccleſiæ quorũcunque monachorum in ſingulis parochiis ſitę, epiſcoporum (vt decet) diuinitus ſubdantur regimini: eiſque debita obſequia exhibeant. xviii. q. ii. Eleutherius. quod eſt Gelaſii Papæ. & c. ſeruitium. quod eſt Vrbani Papæ. vbi dicitur quòd monaſteria & eorum eccleſiæ exhibeant epiſcopis ſeruitia conſueta. Ad idem. ead. quęſtione, viſitandi. vbi dicit Greg. Viſitandi, exhortandíque gratia ad monaſterium quoties placuerit ab antiſtite ciuitatis, accedatur: ſed ſic charitatis officium illic impleat epiſcopus, vt grauamen aliquod monaſterium non incurrat, concor. ea. q. non ſemel. quod eſt concil. Aurelian̄. vbi dicitur, quòd non ſemel, ſed ſępius in anno epiſcopi viſitẽt monaſteria monachorum, & ſi aliquid corrigendum fuerit, corrigant. Concordat ea. q. peruenit. & c. dudum. quæ ſunt Greg. in quibus ſimiliter probatur quòd pertinent dicta monaſteria & loca religioſa ad curam epiſcoporũ. Ad idẽ. ix. q. iii. Onoſius. vbi dicitur ꝙ in monaſteriis ſunt per epiſcopos yconomi conſtituendi. Ad idem. xviii. q. ii. quidam. quod eſt conci. Calcedonen̄. vbi dicitur, quòd monaſteria ſine aſſenſu epiſcoporum non ædificentur: & quòd ſint in poteſtate eorum in quorum ciuitatib[9] vel diœceſibus exiſtunt. idem dicitur in v. cc. ſequẽtibus, quorum primum eiuſdem concilii, ſecundum concilii Carthaginen̄. & tria ſequen. concilii Agathen̄. Ad idem. xvii. quæſti. iiii. in venditionibus. quod eſt cõci. Agathen̄. vbi dicitur quòd

abbates nihil alienare poſſint ſine licẽtia epiſcoporum, in quorum ſunt ciuitatibus vel diœce. monaſteria cõſtructa. Et concordat. xii. quæſtio. ii. abbatibus. quod eſt concilii Aurelianeñ. Ad idem extra de religio. domib. vt epiſcopo ſint ſubiecti in rubro & in nigro. & ii. diſtinct. de his. vbi dicitur, quòd ratione ſubiectionis, debent ſe in officio cathedralibus eccleſiis cõformare, & eſt dictum aſſumptum ex. xi. concil. Thole. cap. iii. Ad idem. vi. quæſtio. iii. capit. i. & ii. & in xi. quicunque. Ad hoc quòd abbates monachi & moniales & alii religioſi dictis epiſcopis, in quorum degunt ciuitatibus vel diœceſibus, ſunt ſubiecti, patet non ſolùm ex præmiſſis, verum etiã ex pluribus aliis. vnde in concilio Aurelianen. cap. xv. poſito. xviii. quæſtione ii. abbates pro humilitate religionis in epiſcoporum poteſtate conſiſtant: & ſi quid extra regulam fecerint, ab epiſcopis corrigantur, qui ſemel in anno, in loco vbi epiſcopus elegerit, accepta vocatione conueniant. Ad idem eadem quæſtione. ſi quis abbas. quod eſt cõcilii Tribu. vbi dicitur, quòd ſi quis abbas cautus, in regimine humilis, caſtus, miſericors, diſcretus ſobriúſque non fuerit, & diuina præcepta verbis & exemplis non oſtẽderit, ab epiſcopo, in cuius territorio cõſiſtit, & à vicinis abbatib⁹, & cęteris Deũ timentibus, à ſuo coherceatur honore: etiam ſi omnis congregatio vitiis conſentiens ſuis, eum abbatem habere voluerit. Ad idem de maio. & obedien. quod ſuper his. vbi dicitur, quòd dicti abbates ad ſynodos epiſcopales venire tenentur. Paſcalis etiam Papa ſcribit. xviii. q. ii. abbatibus. quòd abbatibus qui neque ſub epiſcopo, neq; ſub metropolitano, neque ſub primate, neq; ſub patriarcha ſunt, nullus prorſus epiſcoporum epiſcopalia quęlibet adminiſtret, Cùm enim ſe nulli epiſcopo omnino ſubeſſe profiteãtur, conſequens eſt vt nullus epiſcoporum quę ſua ſunt, eis tãquam exteris largiatur. De Abbatiſsis autem & religioſis fœminis, quin etiam epiſcopis ſubiiciantur, dubium nõ exiſtat. Nam & alii, qui eiſdem præponendi ſunt, debent per ipſos epiſcopos comprobari: ſicut habetur ex concil. Carthaginen. xviii. quæſtio. ii. qui religioſis. per ipſorum etiam prouidentiam agẽdum eſt, ne ſimul cum monachis

Abbas ſit ut hic.

Abbatiſſæ e͞pis ſubiiciuntur.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

commorentur, nec confabulentur, & ne propria receptacula habeant. xviii. quæſti. iii. diffinimus. cum duobus. cc. ſequentibus. & cap. pernicioſam. Per epiſcopos etiam corriguntur monaſteria fœminarum religioſarum, ſecundum Grego. ead. quæſti. cognouimus. & earum monaſteria nimium frequentantes per epiſcopos puniantur. ſicut habetur in concil. Lateraneñ. poſito extrà de vita & honeſta. clericorum. monaſteria. Dictæ enim moniales tanquam ſubiectę eis per epiſcopos benedicuntur: de pœni. & re. noua. & xx. quæſtio. i. Iuuenculas. & ab eis epiſcopis per manuū iniectiones in clericos abſoluuntur: & votum caſtitatis infringentes, & matrimonium contrahentes ad ipſum per epiſcopum redire coguntur. xxvii. quęſtio. i. de viduis. & de inceſtu. ſuſpectæ coram epiſcopo ſuo ſe purgare cogūtur: ſicut habetur in conci. Meldeñ. poſito extra de purgatio. canonica. moniales. De monachis verò & aliis religioſis ꝙ dictis epiſcopis ſubiecti ſunt, patet nō ſolùm ex præmiſſis verùm etiam ex pluribus aliis latè & diffuſè poſitis infrà in titul. liii. ſecundę partis huius tractatus, in quo plenè actum eſt de ſtatu, conditione, & officio eorundem: & certum eſt, ſicut habetur ex conci. Pariſien. xciii. diſtin. nulla. quòd non ſunt habendi vt clerici, ſed tanquam acephali, ſi ſub nullius epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernētur.

Monachi & alii religioſi epiſcopis ſubiiciuntur.

Porrò quòd dominus Papa non poſſit nec debeat nouas leges vel noua iura concedere, vel priuilegia, libertates, immunitates, exemptiones concedere ſuper his & contra ea quæ apertè dominus, vel eius apoſtoli & eos ſequētes ſancti patres, ſententialiter aliquid diffinierunt, ſed potius quòd prædicatum eſt vſque ad animam & ſanguinem confirmare debeat: quia aliter errare probaretur. Et quòd contra ſtatuta patrum aliquid condere vel mutare, nec ratione ſedis poſſit authoritas niſi alia quæ ad perpetuam ſunt ordinata vtilitatem mutare, & quòd non teneātur quatuor concilia. ſcilicet Nicenum, Conſtantinopolitañ. Epheſinum, & Calcedoñ. ſicut quatuor euangeliſtarū librum ſuſcipere & tenere, quæ quatuor concilia vniuerſalia fuerunt ſeptem vicibus celebrata, necnō & alia concilia generalia plenè probatum eſt ſuprà in hoc titulo, &

Papa non concedat exemptiones nec priuilegia contra id qđ patres ſententialiter diffinierunt.

Quatuor cōcilia generalia hic ponuntur.

in præcedenti per iura & concilia poſita. xxv. queſt. i. & ii. ferè per totum. & xvi. diſtinct. ſicut ſancti euangelii. & c. ſecundum. & xvi. diſtinct. quoniam. & c. ſancta. octo vniuerſa conſilia. & cap. ſexta. & per alia plura iura. Cùm itaque pateat ex præmiſsis, quòd epiſcopi poteſtatem & honorem ſuum receperunt à Deo, à quo ordo prælationis inſtitutus eſt, & à quo epiſcopi in loco apoſtolorum conſtituti ſunt in ſingulis ciuitatibus & diœceſis: & quòd ſecundum generalem ordinationem vniuerſalis eccleſiæ à Deo procedentem, & ab eius apoſtolis, ſanctis patribus, generalibus & ſpiritualibus conciliis, & Romanis Pōtificibus approbatum, omnis religio Chriſtiana, & generaliter omnia monaſteria & loca religioſa, abbates, & abbatiſſæ, monachi, moniales, & alię religioſæ & eccleſiaſticę perſonę ſubſunt gubernationi & curæ epiſcoporum ſuorum, concludat dictus dñs noſter Pap. ſi contra prædicta in derogationem, diminutionem honoris & poteſtatis epiſcopalis prædictas libertates & immunitates, & exemptiones, locis & perſonis religioſis eccleſiarum cathedralium & collegiatarum, & aliis locis & perſonis eccleſiaſticis cōcedere paſſim & abſque cauſa neceſsitatis vel euidentis vtilitatis poteſt & debet. Secundò oſtenditur, ſuppoſito quòd licet D. Papa ſupradictas exemptiones, libertates, & immunitates concedere poſsit, non tamē expedit ſibi nec vniuerſali eccleſiæ, nec ſtatui religionis, nec perſonis religioſorum eas concedi, propter plura mala ſcādala & diſpendią quæ proueniunt ex eiſdem. Quòd domino Papæ nō expediat, nec eum deceat concedere ſupradicta, patet ex multis, quæ in præſenti titulo dicta ſunt. Nam Grego. Papa in perſonam ſuam & ſucceſſorum ſuorū ſcribit, xxv. q. ii. Si ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer, teſtante veritatis voce, quæ ait, Matth. xii. Omne regnum in ſeipſum diuiſum, nō ſtabit: & omnis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa, deſtruetur. Item Leo Papa. Priuilegia eccleſiarum & monaſteriorum ſanctorum patrum authoritate inſtituta, nulla poſſūt authoritate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Chriſto, fideliter exequēdo, neceſſe eſt huius

ſanctę ſedis pontifices perſeuerantem exhibere famulatū. Diſpenſatio enim nobis credita eſt,& ad noſtrum reatum tendit,ſi paternarum ſanctionum regulę nobis conſentiētibus vel negligentibus violentur.ea.cau.&.q.priuilegia. Ex quibus patet quòd ſi concedat, ad eius reatum pertinet: niſi cauſſa legitima ſubſit. & quòd non conſtructor, ſed euerſor & diuiſor eſt regni eccleſiaſtici & vnitatis eccleſiæ,quæ diuiſionem non capit. xxiiii. quæſtio.i.loquitur.& c.ſciſma. memor namque eſſe debet dominus Papa verbi apoſtoli, qui ait.i.Corin.vi.cap. omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Quòd autem non expediat vniuerſali eccleſiæ dictas exéptiones, libertates & immunitates concedi,patet:quia per ipſas ordo vniuerſalis deſtruitur & confunditur, & ſtatus prælationis paruipenditur & vilificatur,& epiſcopatus qui vnus eſt,ſcinditur,&diuiditur:cōtra illud Cipriani.xxiiii.quæſtio.i.loquitur. & Hieron.ea.quęſti.quoniam.cum ſeq.vnde poſſunt pręlati dicere illud Eſaiæ prophetæ,de exemptis prędictis & eccleſiaſticis beneficiis præ ipſos epiſcopos, & alios eis dudum collatis, enutritis, & exaltatis, Filios enutriui,& exaltaui eos:ipſi autem ſpreuerunt me. Eſaię i. Et illud, Impinguatus incraſſatus dilatat⁹,& recalcitrauit. Nónne conſtat ꝙ per prędictas exemptiones tollūtur obediētia & reuerentia:quas deberent dicti exempti ſuis prælatis,& ordinariis exhibere? Cuius in ipſis ſuperiorib⁹ debeat eſſe pręcipiēdi authoritas,& in ipſis neceſsitas obſequēdi. Quātò gradus epiſcopalis celſior, tantò fortius obediendum eidem, cùm in poteſtatib⁹ etiā huius ſeculi,maior poteſtas minori ad obediendum præferatur.ſicut Aug.ait in.ii. lib.confeſſioñ.& viii.diſt.quæ contra. & concordat.xxi.dī. §.in his omnibus.cum.cc.ſequētibus. Et nempe iuſtum, quòd inferior obediat ordinario ſuo in licitis & honeſtis, cùm ſumma laus ſit optemperare prępoſitis:& quicquid ab eis vtiliter imperatum fuerit,cum obediētia adimplere: ſicut Grego.ait.xxiiii.quæſtio.i.ſentētia. Quid enim dicta obedientia fructuoſius, cùm ſola ſit quæ fidei meritum poſsidet, ſine qua quiſque infidelitate conuincitur,etiā ſi fidelis eſſe videatur,ſicut idē Greg. in.xxv. lib. moral.& viii.

Aliæ cauſæ cōtra exemptiones hîc ponuntur.

Iuſtū dicitur, ut inferior ſuo obediat ſuperiori.

Obediētia laudatur.

q.i. ſciendum ait. Nam per ipſam obediētiam in præſenti meremur gratiam,& qui ſuis epiſcopis nō obediunt,indubitanter reprobi & rei exiſtunt, ſicut adeò donum ſummi muneris conſequūtur, qui libenter eidē obediūt. xciii. di. nulla. c. ille. &. c. ſi inimicus. propter dictam obedientiā etiam bonum ab ipſis religioſis & aliis eſſet omittendum, ne eccleſia ex ipſorum exemptionibus ſcandalizari haberet: ſicut Grego. ait. xi. q. iii. quid ergo. nec pro aliquo tēporali commodo deberent dicti religioſi vel alii incurrere notam inobedientiæ: cùm ipſa obedientia melior ſit, quā victima. de maio. & obe. illud. Nam religioſi ſuis prælatis inobedientes ſunt de monaſterio expellēdi. de maiori. & obedien. quòd ſuper his. cùm habentibus iuriſditionē ſpiritualem & etiam temporalem debeant eſſe ſubiecti, eiſq; obedire. eod. tit. ſolite. A qua ſiquidē obediētia ſuo epiſcopo exhibēda, etiā ſubdiaconus Papę, & princeps, non abſoluitur. cum quibus religioſis, quicunq; minimus vult ab ea abſolui, de maio. & obe. per tuas &, cap. omnis. ne fortè inimici ſuggeſtione mille nocendi &c. xvi. q. ii. viſis. efficiantur ſimiles Chriſto, qui non ſolùm deo patri vſque ad mortem obediens extitit, verum etiam Ioſeph patri putatiuo eiuſdem, ſicut habetur Luc. ii. ſecūdum autem Leonē Papam vbi eſt incolumitas obedientię, ibi eſt ſana doctrinæ forma. lxi. di. miramur. Et cū ab hominibus de diœceſi ſit epiſcopis obediendum in omnibus quæ ad diuini cultus officium, & ad eccleſiaſticam vtilitatem pertinet, & eis reuerentia exhibenda. ſicut Pelagius Papa ait. vii. q. i. quia fieri nō debēt domini abbates & priores & guardiani moleſti, qui ſe alii ſciunt eſſe prępoſitos epiſcopos & ordinarios ſibi eſſe pręlatos. Sed obedientiam & reuerentiā quas ab aliis exigunt, eiſdem prælatis impendere, cùm memores eſſe debeant doctrinæ Chriſti, cuius nos & ipſi ſumus diſcipuli, dicentis, diſcite à me, quia humilis & mitis ſum corde. Matt. xi. De reuerentia autem dictis prælatis & epiſcopis debita, ſi iuſtum ſit & eccleſiæ vniuerſali expediens, quòd dictas exemptiones ab eorum ſubditis ſubtrahat, eiſdem penſandum eſt, diuinum namque præceptum eſt decalogi. Exo. xx. c. Honora patrem tuum & matrem

Obediētia melior quā victima.

Honora

patrē & matrem. tuam vt ſis longęuus ſuper terram: quod non ſolùm intelligitur de patre & matre carnalibus, verùm etiam de patre ſpirituali, & de matre eccleſia. xxx. quæſti. iii. ita diligere. xcv. diſtinctio. eſto ſubiectus. penſent obſecro exemptionem appetẽtes & defendere cupientes, ſi audiendus eſſet filius, & ſi ſapiens putaretur qui vellet eximi ab obedientia & reuerẽtia patris ſui appetentis, cũ ſeruus manumiſſus & etiã libertus ad hoc etiã teneãtur, & ſine venia impetrata patronũ in ius vocari nõ permittãtur impunè, etiã ſi à corpore vel collegio vel ciuitate quorum ſingulos in ius vocare poteſt ſeru⁹ manumiſſus & aduerſus rem publicã vel vniuerſitatem voluit experiri, ſecundum legem canonizatam. xii. quæſtio. ii. ſi ſine venia. cum ca. præceden. & ſubſequentibus. Verùm ſi de aliquibus grauaminibus luminoſo abbati à Caſtorio ariminenſi epiſcopo illatis & cõ ſimilibus arguatur, ſeruanda eſt ſententia Auguſtini. ii. li. de vnico baptiſmo dicentis, quòd interdum conqueritur pater de filio malo, & filius conqueritur de patre duro: *Nõ æquam⁹ filiũ patri in honore.* vnde ſeruamus honorificentiam patri quę debetur à filio, non æquamus filium patri in honore, ſed præponimus filium patri in veritate, & ſic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum. ii. q. vii. quæritur. obtentu igitur dictorum grauaminum (ſi qua inferantur eidẽ) non eſſent reuerentia & obedientia prælatis denegandæ: de appella. ad hoc. ſi in vna cauſſa maximè cum appellationis remediũ ſit cõceſſum vii. q. vii. omnis oppreſſus. Chriſtus verò ait de dictis epiſcopis in perſona apoſtolorum, ꝙ q eos ſpernit, Deũ à quo miſſi ſunt, cui⁹ fungũtur legatione, ſpernit, & ipſe indubitãter ſperneť à dño. Mat. x. & Luc. x. xx. i. diſti. in nouo. iii. q. i. omnis. ii. q. vii. accuſatio. Quã reuerentiã & obediẽtiã impẽdẽt laici & domini principes temporales dictis epiſcopis & ordinariis quibus patẽter & notoriè & manifeſtè religioſi de ordine paupertatis & alii frequenter inobedientes & irreuerentes exiſtunt. Certè quod ab eis facilè agitur, trahitur ab aliis in exemplum, de accuſa. qualiter & quãdo, & hoc tendit ad depreſsionem eccleſiæ vniuerſalis, cùm dicta reuerentia & obedientia ab omnibus debeantur eiſdem epiſcopis &

prælatis,etiam ſi eſſent inutiles, quandiu ab eccleſia tolerantur. viii. quæſtione. iiii. nonne. xvi. quæſtione.vi. ſi fortaſsis.ii.quęſtione.v.habet.ii.quęſtione. viii. Sacerdotes.xcvi.diſtin.in ſcripturis.

Item per dictas exemptiones impeditur correctio debita exceſſuum iam pertinens ad epiſcopos,per quos poteſt melius fieri,quàm per abbates,cùm ſint potentiores communiter quàm abbates,& debent eſſe peritiores: potiſsimè dicta correctio deberet fieri per epiſcopos quando religioſi publicè,& extra clauſtra delinquunt,cùm vbi malum contingit,ibi mori debeat.ii.quæſti.i.ſi peccauerit. in fi. Augu.ait ibidem,& in Omilia de pœ. Et idem habetur in cōſilio Vareñ.c.viii.poſito.vi.q.i.ſi tãtum. Certum eſt autem quòd dicta correctio generaliter pertinet ad epiſcopum.vi.q.iii.ſcitote. potiſsimè in criminalibus. de offi. ordi.irrefragabilis.Nam epiſcopus qui crimina non corrigit, nō dicitur nec reputatur epiſcopus,ſed canis potius impudicus,ſicut dicit Auguſt.lxxxiii. diſt.nemo: cum capitulis ſequentibus,& ſi culpas ſubditorum impunitas relinquit,grauiter Deum offendit. Sicut Grægo. ait. xxiii. q.iiii.ſi is.non enim eſt in eo charitas,ſed languor cū talia nō corrigit.Sicut Aug.ſuper epiſt.Ioannis.xxiii.q.v.non putes.& cc.ſequētibus.Nam per ipſum epiſcopū qui medicus eſt eccleſię vniuerſalis ſibi cōmiſſæ,abſcidenda ſunt vulnera quę fomentorum nō recipiunt medicinā.lxxxii. diſt.quia aliquanti.xvi.q.i.in canonibus.Quęquidē correctio aliquando ab abbatibus & prioribus propter aſperitatem lingue,vel blādimenta,vel timorem,aut potentiā ſubditorū periculoſè omittitur.50.diſt.ſi quis diaconus.

Exemptio correctionē impedit.

Epiſcop⁹ quādo dicitur canis impudicus.

Fatendum eſt enim quòd dicta correctio quantum pro vniuſcuiuſq; grad⁹ atque perſona ſalua pace eccleſiæ fieri poteſt,ſicut ait Proſper. xxiiii.quæſtio.iii. ecce autem. & xxiiii.q.iii.eccleſiæ.cum aliis ſequentib. Hec autem correctio & diſciplina quæ vltrix deberet eſſe malę vitę,& malorum morum religioſorum,tollitur pretextu exemptionum prædictarum,ſicut innuit Auguſti.contra Petilianū. xxiii.quæſtione.v.ad finem.Nam abbates ſunt deſides & negligentes communiter in diſciplina & correctione:vn-

de diſciplinā perdit deſidia cùm negligunt corrigere vitia, ſicut ait Calixtus. Papa. xxiiii. q. iii. iuſtum eſt. Ad quam diſciplinā per flagella deducēdi ſunt diſcoli, ſcribit Augu. ad Donatum. xxiii. quęſt. iii. diſplicet. cū ca. ſequen. Hæc autem diſciplina propriè pertinet ad prælatum. ſicut ait idē Aug. in lib. pſalmorum. & eundem epiſcopum regentem plebem ſuam: licet vtilis ſit aliis. xxiii. q. iiii. duo iſta. Nam ad eos pertinet ſpecialiter illud euāgelicum. Matth. xviii. ſi peccauerit in te frater tuus, etiā. ii. q. i. ſi peccauerit. Eſt enim pater ſpiritualis, à quo debet filius diſciplinari & corrigi. xlv. diſ. §. Salomon. cum. cc. ſequētibus Prouer. xiii. & v. q. v. non oſculatur ſemper filium. cum pręcedenti. & ſequēti. capitulis. Quam correctionem & diſciplinam deberet exercere in religioſis & aliis. Nam in. viii. ſinodo continetur, quòd ſi quis monachus (per quē omnes religioſi intelligi poſſunt) contentiones vel rixas amauerit, vel manifeſtum conuitium intulerit fratri, iuxta arbitriū rectorum modúmque peccati diuturna experietur pœnitentia. xc. diſtinc. ſi quis monachus. Item eſt dicta exēptio preiudicabilis eccleſiæ vniuerſali: quia exempti non poſſunt iudicari, niſi à Papa, qui ab eis multùm remotus extitit. xvi. q. i. frater noſter. Nec per diœceſanum in locis exemptis eorum negligentiæ ſuppleri poſſunt. de ſupplen. neglig̃. pręla. ſicut. nec epiſcopus poſſet eos compellere vt tranſeant ad diœceſim, in qua crimina commiſerūt. vt de priuile. c. volentes. quia nullam poteſtatem valet exercere in eos excommunicando, vt ibidem. xviii. q. ii. luminoſo. & de maiori. & obe. inter quatuor. Per dictas exemptiōes tollitur ius ordinariorum. qui propriè diœceſani dicuntur. de reſcrip. ad hoc. quorum iuri dominus Papa præiudicare non deberet, cùm dicatur in iure, quòd ad hoc non intendit. de offi. deleg. licet. Item per eam exemptionem tollūtur bona opera in religione facilius quàm deberent, quæ eſſent vigilanter facienda. lxxxvi. diſt. fratrē. xi. q. iii. exiſtimant. Etiam per exemptionē fouētur in religione multę diſſolutiones, parcialitates & ſcandala: cùm per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerunt, nequiores. & facilitas veniæ incentiuum eis tribuat delinquendi. de ſent.

Diſciplina operatur vtbic.

Facilitas

excõmu.vt famæ.xxiii.q.iiii.eſt iniuſta.Propter eam abutuntur conceſsis eis priuilegiis.vnde deberent etiã priuari eiſdem.xi.q.iii.priuilegium.xxv.q.vlti.§.his ita.abutuntur autem dictis priuilegiis multipliciter viuendo,eiſdem non ad ſubditorum vtilitatem,ſed ſuam voluntatem & poteſtatem oſtendendam.xi.q.iii. priuilegium.& in iniuria ordinariorum frequenter vtendo eiſdem : & vltra intentionem dantis ampliando eam. de priuilegiis.ſuarum. & c.priuilegia.prætendentes quòd nemo poteſt iudicare de eiſdem priuilegiis,niſi Papa.de iudi.cùm veniſſent.

ueniæ incentium tribuit delinquẽdi.

Et priuilegia protectionis dicũtur eſſe exemptionis cõtra illud,de priuilegiis.recepimus.&.ca.ex parte. priuilegiũque vnius loci ad aliũ,& capitis ad omnia aliã membra extendũt,contra id de priui.cum capitula.&.c.ex ore.vnde cùm diuerſa ſcandala à dictis abuſibus &exemptionib⁹ & immunitatibus libertatibus & priuilegiis ſequantur,reuocari deberent.iii.q.vi.quippe. maximè propter fauorẽ totius eccleſię.xxii.di.reuocantes.& propter attrocitatem criminũ & ſcandalorum quę perpetrãtur per eos.de verb. ſig.abbatem.ix.q.iii. conqueſtus.xiii.q.iiii.ita nec deberẽt cõcedi in iniuriã & preiudicium aliorum. de priuil.paſtoralis.& c.quia intentionis.neque abſque congrua,ſufficienti & ratione legitima.de priuile.c.ſanè.

Et licet fuerunt aliqua priuilegia congrua,nunc tamen ratione diuerſarum circunſtantiarũ ſunt incongrua:quare tolli deberent rationes circunſtantiarum,quæ penſandæ ſunt,xxiii.q.viii.occidit.lxxxv.diſt.non ſatis.de pœniten. diſtinc.ii.§.opponitur.in fine.xxxii.q.iiii.quis ignoret.& c.ſequenti. Nam totus ſtatus religionis qui in ſumma humilitate fundatus extitit,& pro cuius humilitate ſeruãda, ordinatum fuit,quòd epiſcopis ſubeſſet, ſicut habetur in xxv.c.cõcilii Aurelianen.poſito.xviii.q.ii. Abbates nunc in tantam elationem, ſuperbiam & arrogantiam eleuati, ſunt quòd non ſolùm abbates & priores, guardiani,& alii in ſtatu alicuius adminiſtrationis& prelationis exiſtentes, verumetiam minores fratres & perſonę dictarum religionum,putant frequenter epiſcopis, archiepiſcopis & aliis prælatis ſe quodammodo fore æquales: & debere quibuſ-

Exẽptiones elatiõnẽ operantur.

latur ordo vniuerſalis eccleſiæ ſtatus,& gradus,& honor, virtus,& poteſtas prçlationis conſtitutę à Deo,quibus omnes religioſæ perſonæ & loca religioſa debent eſſe ſubiecta in ciuitatibus.diœce.ac prouinciis antedictis,Prçlatis & Archiepiſcopis commiſsis potiſsimè cũ ex ipſis exẽptionibus immunitatibus,libertatibus,& priuilegiis,legibus,& iuribus communibus cõtrariis, nulla vtilitas vniuerſalis eccleſiæ ſubſequatur.Sed eiſdem populo officiunt & ſtatui religionis & perſonis religioſorũ & multę diſcordię, ciſſura,ſciſmata,mala ſcandala,onera & diſpendia prouenıunt ex eiſdem, prout in præcedentibus plenius eſt probatum.

* Pro hoc puncto exemptionum,vide quæ ad partes ambas tradit Baldus de Periglis Peruſinus,in ſuo tractatu de exemptionibus.

Præfatio partis ſecundæ.

INCIPIT ſecunda pars iſtius tractatus in qua in ſpeciali agitur de his quę ab antiquis fuerunt epiſcopis ſanctis inſtituta ab Apoſtolis conſtituta, & à ſanctis patribus & à quatuor conciliis, ſcilicet, Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & Calcedonẽ. quæ ſicut ſancti euangelii quatuor libros ſancta eccleſia venerantur. xv. diſtinctio. ſicut. & xvii. diſtinctio.cap.ii.iii. & iiii. & ſequentibus, & ab aliis conciliis in Grætia primò,& poſtmodum in occidentali eccleſia in diuerſis prouinciis celebratis,& à Romana & vniuerſali eccleſia ab antiquo approbatis:quæ principaliter vſquequaque non ſeruantur,quorum in præſenti tractatu cum paucis concordantiis aliorum iurium ſub breuibus memoria agitur,ad hunc finem,vt legamus aliqua,ne negligantur,alia ne ignorentur,& alia non vt teneantur, ſed vt repudientur. Sicut ait beatus Ambrọ.ſuper Lucam,& in decretis. xxxvii.diſt.legimus.ſi aliqua in dicta ſpecificatione

vel caſuũ reperiantur vtilia, & vniuerſali eccleſiæ pficua, quòd ſacri prouiſione concilii ſuper eorum obſeruantia, reuocatione aut immutatione vel declaratiõe deliberatio, ſi viſum fuerit expediens, habeatur. Scriptum nanque eſt à Salomone Prouerb. ix. c. da ſapienti occaſionem, & ſapiẽtior erit. xxiii. q. v. vides, vt opinor, in fine. Et Augu. ſcribit in epiſt. ad Vincen. de ſeipſo: In eo quippe numero ſumus, vt non dignemur etiam dictum nobis ab apoſtolo ad Philip. iiii. c. Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; vobis Deꝰ reuelauit. ix. diſt. noli. in fine. Nam, vt idem Augu. in lib. de baptiſ. paruul. ait, qui cõtẽpta veritate præſumit cõſuetudinẽ ſequi, aut circa fratres inuidus eſt & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus, cuius inſpiratione eccleſia inſtituitur. Nã dominus in euãg. ait, Ioã. xiiii. Ego ſum veritas. & non dicit ego ſum conſuetudo: vt veritate manifeſta veritati cedat cõſuetudo. nam & Petrus qui circũcidebat, ceſſit Paulo veritatẽ prędicanti: ſicut habetur ad Galat. ii. & ii. q. vii. Petrus. vnde cùm Chriſtus caput & ſponſus vniuerſalis eccleſiæ ſit veritas, & via per quam venitur ad vitam, magis veritatem quàm prauã eccleſiæ cõſuetudinem ſeu abuſum ſequi debemus: quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludunt. vnde idem Aug. in iiii. lib. de baptiſ. fruſtrà (inquit) qui ratione vincũtur conſuetudinẽ nobis obiiciũt: quaſi cõſuetudo maior ſit veritate, aut nõ ſpiritualibꝰ ſequendũ ſit quod meliꝰ, & ſpiritui ſancto fuerit reuelatum. Ciprianus etiam Papa ſcribit, quòd conſuetudo ſine veritate vetuſta erroris eſt: propter quid relicto errore ſequi debemus veritatem, quia & apud Eſdram in. c. x. ſcriptũ eſt, quòd veritas valet & inualeſcit & in æternum viuit, & obtinet in ſecula ſeculorũ. Gregor. vii. Gilmundo etiam aduerſario epiſcopo ſcribit, quòd cõſuetudo quantumuis venuſta, quantumuis vulgata veritati omnino eſt poſtponenda, & vſus qui veritati contrarius, abolendus. Et Nicolaus Papa Remenſis archiepiſcopo ſcribit, quòd mala conſuetudo non minus quàm pernitioſa corruptela vitãda eſt in eccleſiã Dei: quia niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impiis aſſumitur: & incipiunt præuaricationes & variæ præſumptiones celerrimè

Veritas nõ cõſuetudo atiẽdenda.

Veritas & ratio excludunt conſuetudinẽ.

Corruptela eſt uitãda, & cõſuetudo mala.

lerrimè non expreſſè pro legibus venerari, & priuilegiorũ more perpetuo celebrari. Prędictus etiam Augu. de vnico baptiſmo. lib. ii. ſcribit, quòd veritate manifeſta cedit conſuetudo veritati. Et dictus Ciprianus ſcribit, quod Dei veritatem potius quàm hominum conſuetudinẽ ſequi oportet. Cùm per Eſaiam prophetam loquatur dominus & dicat. c. xxix. ſine cauſſa colunt me, mãdata hominum, ſcilicet contraria legi diuinæ, & doctrinas docentes vel ſequẽtes. Nempe prout prædictus Augu. in lib. confeſsio. ait ſicut enim in poteſtatibus ſocietatis humanę maior poteſtas minori ad obediẽdum præponitur, ita Deus omnib⁹. viii. diſtinct. quæ contra. cum. cc. ſequentibus.

Nemo itaque dignetur quantũcunque præeminentiæ literaturę exiſtat, audire, ſi qua à minoribus rationabiliter ꝓferantur. Nã & Paulus apoſtolus ait: ſi aliquid ſedenti id eſt, minori fuerit reuelatũ, prior taceat. i. Corin. xiiii. xcv. diſt. eſto ſubiectus. & cõcor. C. de off. rec. pro. l. potiores.

Audi quæ à minoribus rationabiliter proferuntur.

Sanè cum Alexandro Papa recolentes quomodo hæc ſancta plantatio eccleſiæ Dei fuerit inſtituta, dolẽtes dicere poſſumus cum eodẽ, quòd & ſi nõ ab omnibus, neq; in oibus, & pleriſq; tamen & in pluribus ab illa ſancta inſtitutione primitiuę eccleſię ſanctorũ patrũ conciliorũ & decretorũ Roma. põtificũ in tantũ videtur eſſe declinatũ, vt aliq ex nobis primę inſtitutiõis videant̃ obliti. ext. de de ſtatu mona. recolẽtes. Vnde Bernar. cõtra ꝑſonas eccleſiaſticas ſpecialiter inuehens ait: Chriſtus docuit verbis & exẽplis, eligendũ ꝙ carni eſt moleſtũ, & ꝙ ſuaue eſt ei reſpuendũ. Qui cõtra facit vel docet, videtur amens. imprudentia autẽ carnis vidẽtur multi clerici noſtri tẽporis eſſe eligentes, de omni genere hominũ, quod eſt in eis, carni ſuaue & delectabile, & reſpuẽtes qđ eſt laborioſum & graue. vnde dicit pòſt, idẽ Bernar. Habet quoq; genera hominũ labores & voluptates. & aduertẽda eſt aliquorũ prudentia miranda nõ imitãda, qui quodã artificio miro decernẽtes & ſequeſtrantes totũ quod delectat, carnẽ eligunt & amplectãtur: quod autẽ moleſtũ eſt, fugiunt & declinant, cũ militib⁹ capiunt quod habere volunt ſuperbię faſtum, amplã familiã, nobiles apparat⁹, equorũ phaleras, accipitres, aleas, & eorũ

Diu⁹ Ber. ad clericos

ſimilia. frequētant thalamos & balnea & molicie omnem, & veſtium gloriam à mulieribus mutuantur.

Cauent autē loricę pōdus & inſomnes in caſtris noctes, & diſcrimina præliorum, mulièbrē quoque verecundiā & diſciplinā. Et ſi quid ſexus ille laboris habere cernit, declinātes, ſudāt agricolę: putāt & fodiūt, vineatores. ſed hi iter hoc torpēt otio: ſed accedēte fructuū tēpore innouari ſibi horrea iubēt & prōptuaria eorū vino & tritico, bibūt vinū meraciſsimū, vuę ſāguine inebriāt, impinguātur & dilatātur ex adipe frumēti, herbarū ſuccis pegrinis muāt vini ſaporē, & addit oleū camino. Similiter negotiatores circūierūt mare, & aridā in labore corpis & piculo vitæ perituras diuitias ſibi cōgregētes. Prudētes autē noſtri dulces in terra ſomnos capiūt, & cibos & pot⁹ percipiūt delicatos &c.

Plura alia ponit ibidē & ſubiūgit. Cū autē reſurgēt homines vnuſquiſq; in ſuo ordine, vbi putas generatio iſta locabitur? Si ad milites deuerterint, exſuflabūt eos, quia nō ſecū labores militię & pericula tolerarint: ſic agricolę, ſic negotiatores & ſinguli quiq; ordines hos à ſuis arcebunt finibus vt pote qui in labore hominū non ſunt. Quid ergo reſtat, niſi vt quos omnis ordo repellit, ſubiicit in terra in locum vbi nullus ordo, ſed ſempiternus error inhabitat.

Generatio malorū clericorū ad quos ibit in die iudicii.

Titulus primus, partis ſecundæ.

De his quæ uiros eccleſiaſticos non decet agere.

EPiſcopus aut pręsbyter aut diaconus nequaq̄ curas ſeculares aſſumat, ſin aliter, deiiciat. ponit. lxxxviii. diſt. epiſcopus. & de hoc agit infrà in tit. viii. oēs fideles qui egrediūtur eccleſiam vt ſcripturas audiāt nō autē pſeuerant in oratione nec ſanctā cōmunionē percipiūt, velut inquietudines eccleſię cōmouentes, conuenit cōmunione priuari. ponitur de conſecr. diſt. i. omnes fideles. & de hoc agitur infrà in. 50. titulo.

Curas ſeculares eccleſiaſtici non aſſumant.

Si quis cum excōmunicato ſaltem in domo orauerit, iſte cōmunione priuetur. de hoc habetur infra in. xxviii. titul.

Si quis cōdemnato clerico veluti cū clerico in domo ſimul orauerit iſte dānetur. de hoc agitur in dict. xxviii. tit.

Si quis cleric⁹ aut laicus à cõmunione ſuſpẽſus ſeu excõmunicatus ad aliam properet ciuitatem, vt ſuſcipiatur propter alias prẹter recommendatorias literas, & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, cõmunione priuatur. excommunicato verò protelatur ipſa correctio tanq̃ qui mentitus ſit & eccleſiã Dei ſeduxit. Epiſcopo nõ liceat parochiã alienam ꝓpria relicta ꝑuadere, licet agatur à plurimis; niſi fortè quis eũ rationabili cauſſa cõpellat, tãq̃ qui poſsit ibidem conſtitutus plus lucri conferre: & in cauſſa religionis aliquis ꝓfectus reſpicere: & hoc nõ à ſemetipſo pertentet, ſed multorũ epõrum iudicio, & maxima ſupplicatione ꝑficiat. de hoc. vii. q. i. §. ambitionis. & diſt. x. c. ſi quando.

Si quis autẽ presbyter aut diaconus, aut quilibet de numero clericorũ relinquẽs parochiã propriã pergat ad alienam & omnino demigrat p̃ter epiſcopi ſui conſcientiã, vt in aliena parochia cõmoretur, vlterius hũc miniſtrare non patiamur. Prẹcipuẹ ſi vocatus ab epiſcopo, redire contẽpſerit, in ſua inquietatiõe perſeuerãs. Veruntamẽ tanq̃ laicus ibi cõmunicet. Epiſcopus autẽ apud quẽ moratus eſſe cõſtiterit, ſi cõtra eos decretã ceſſationẽ pro nihilo reputãs, tanq̃ clericos fortè ſuſcepit, velut magiſter inq̃etudinis cõmunione priuetur. Clericus fideiuſsionibus inſeruiẽs abiiciatᷣ, habẽtur hẹc ext. de fideiuſ. cleric⁹. xi. q. i. te quidẽ.

Epiſcopus autẽ, presbyter, aut diaconus qui in fornicatione aut periurio, aut furto capt⁹ eſt, deponatur, nõ tamẽ cõmunione priuetur. dicit enim ſcriptura. Non iudicadit Dñs bis in idipſum. ſimiliter & reliqui clerici huic cõditioni ſubiaceant, de hoc agitur infrà titul. lix. & in. xxxviii.

Epiſcopũ, aut p̃sbyterũ, aut diaconũ ꝑcutiẽtẽ fideles delinquẽtes, aut ĩfideles iniquè agẽtes & ꝑ huiuſmodi volẽtẽ timeri, ab officio ſuo deiici p̃cipim⁹: quia nuſq̃ dñs hoc nos docuit: ſed econtrario ipſe cũ ꝑcuteretᷣ, non repercutiebat: cùm malediceretur non maledicebat, cùm pateretur: non cõminabatur. hoc c. ponitᷣ. xlv. diſtin. epm. Si quis epſ, aut presbyter, aut diaconus ꝑ pecuniã hãc dignitatẽ obtinuerit, deiiciatur, & ipſe & ordinator eius à cõione modis oĩbus abſcindatᷣ: ſicut Simon Magus à petro. de hoc in titu. xx. & i. q. i. ſi q̃s epus cũ cap. p̃cedẽtib⁹. & ſubſequẽtib⁹.

Si quis epiſcopus ſecularibus poteſtatib⁹ vſus eccleſiam per ipſas obtineat, deponatur, & ſegregētur omnes qui illi cōmunicant. de hoc. xvi. q. vii. ſi quis deinceps. & c. ſi quis epiſcopus. vbi ponitur dictum. c. & c. ſi quis clericus.

Si quis presbyter contēnens cōtra epiſcopū ſuum populum colligerit, & altare aliud erexerit, nihil habēs quod reprehendat epiſcopū in cauſſa pietatis & iuſtitiæ, deponatur: quaſi principatus amator exiſtēs. eſt enim tirannus & clerici cæteri qui cum tali conſentiunt, laici vero ſegregētur, hoc autem poſt vnam ſecūdam & tertiam obſecrationem factam conueniat hoc. xxxiiii. q. ii. ſeculares. xxxv. quæſtio. vi. multorum. xv. q. vltima cap. vltimo.

Si quis presbyter aut diaconus ab epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc nō licere ab alio recipi: ſed ab ipſo qui eum ſequeſtrauerat, niſi forſitan obierit epiſcopus ipſe, qui eū ſegregaſſe cognoſcitur: de hoc. xi. q. iii. excōmunicatos, cū præcedentibus & ſequentibus capitulis.

Nullus epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorū, aut diaconorum, ſine cōmendatitiis recipiatur epiſtolis, & cùm deſcripta detulerint, diſcutiantur hactenus, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint: ſin minus, nec quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur eis. quia per ſubreptionem multa proueniunt. de hoc. lxxi. ii. & iii. diſtin.

Epiſcopos gentiū ſingularū ſcire cōuenit, quia inter eos primus habeatur quē velut caput æſtiment, & nil amplius præter eius conſcientiam geratur, ꝙ illa ſola fungitur quæ parochiæ propriæ & villis quæ ſub ea ſunt, cōpetunt, ſed nec ille præter omnium conſcientiam faciat in eorū parochiis. ſic enim vnanimitas erit, & gubernabitur Deus per Chriſtum in ſpiritu ſancto. de hoc. xxv. diſt. perlectis. verſ. ad epiſcoporum. x. quæſt. ii. epiſcopus. xii. q. i. ex his. & c. epiſcopus eccleſiaſticarum rerum. & c. præcipimus.

Bis in anno epiſcoporū concilia celebrentur, vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & exurgentes eccleſiaſticas queſtiones amoueant. ſemel quidem in ſeptimana penthecoſtes. Secundò. xii. die menſis yperberici. id eſt, iuxta Romanos. iiii. Idus Octobris: de hoc xviii. diſtinct. per totum. & infrà in xi. titulo.

Omnium negotiorũ eccleſiaſticorum curam epiſcopus habeat, & ea velut Deo cõplente diſpenſet. Nec eis liceat aliquẽ omnino corrigere, aut parentibus propriis quę Dei ſunt cõdonare. Quòd ſi pauperes ſunt, tanquam pauperibus ſubminiſtrentur, ne eorum occaſione eccleſiæ negotia depredẽtur. de hoc. xii. q. i. epiſcopi. & ca. manifeſta. & ca. ſint proprie. & c. ſe. vſque ad finẽ. q. i. & infrà in tit. xxxvii.

Presbyteri & diaconi præter epiſcopũ nihil agere ꝑtẽptent. Nã dñi populus ipſi cõmiſſus eſt, ꝓ animabus eorũ hic redditurus eſt rationẽ, de hoc infrà. in titu. vii. & xciii. diſt. à ſubditis. cũ ſequẽtibus. & xcv. diſt. quaſi per totum.

Sint autẽ manifeſtæ res propriæ epiſcopi (ſi tamẽ habet proprias) & manifeſtę dñicę, vt poteſtatẽ habeat de ꝓpriis moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibꝰ voluerit derelinquere, ne ſub occaſiõe eccleſiaſticarũ rerũ, ea quæ epiſcopi eſſe probantur, interdicãt. fortaſsis enim aut vxorẽ habet, aut filios, aut propinquos, aut ſeruos: & iuſtũ eſt hoc apud Deum & homines, vt nec eccleſia detrimentum patiatur.

Ignorantia rerũ pontificis nec epiſcopus vel eius ꝓpinqui ſub obtẽtu eccleſiæ proſcribãtur: & in cauſsis incidant qui ad eũ pertinet. Mortiſq; eius iniuriis malę famę ſubiaceat recipimus. vt in poteſtate ſua epiſcopus res eccleſię habeat. Si enim animæ hominũ ꝑcioſiores illi ſunt creditæ, multò magis oportet eũ curã de pecuniis gerere: ita vt eiꝰ poteſtate indigẽtibus omnia diſpẽſentur ꝑ præsbyteros & diaconos continuare oĩmq; ſollicitudine miniſtrent. hoc ponitur. xii. q. i. pręcipimus. cũ quinq;. cc. precedentibus.

Ex his autem quibus indiget ad ſuas neceſsitates & ad peregrinorum fratrum eius & ipſe percipiat: vt nihil poſſit ei omnino deeſſe. lex eñ Dei præcipit, vt qui altari deſeruiunt, de altari paſcantur. hoc ponitur xii. q. i. ex his.

Epiſcopus aut presbyter aut diaconus aleæ atq; ebrietati deſeruiẽs aut deſinat, aut certè damnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut à cõmunione priuetur. ſimiliter cũ laicus. hæc cauſſa ponitur. xxxv. diſt. Epiſcopus, aut presbyter vſuras à debitoribus exigẽs, aut deſinat aut certè dãnetur. hoc c. ponitur. xlviii. diſt. epiſcopus. & de hoc agitur infrà in viii. titulo.

Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio diuiſam duxerit, cōmuniōe priuetur. de hoc. xxii. q. i. c. i. & q. vi. quaſi per totum, & infrà in titulo lix.

Titulus ſecundus.

Qualiter in primitiua eccleſia erant omnia communia, & quòd deliberetur ſi eſſet utile quòd adhuc idem in domi:is cardinalibus & in collegiis & aliis ſeruaretur.

IN principio Nicenę ſinodi de primitiua eccleſia dicitur, quòd nemo q diuinas ſcripturas legit, ignorat quòd in principio naſcentis eccleſiæ, diſcipulis in vnum cōgregatis, quòd multitudinis credentiū erat cor vnum & anima vna: & quòd vendētes prędia & poſſeſsiones afferebant eis & ipſi diuidebāt ſingulis, prout cuiq; opus erat: & fuit cōmunis vita & conſuetudo apoſtolorū & diſcipulorum eorūdem: ſicut habetur in decre. xii. q. i. dilectiſsimis. cū multis. cc. ſequentib⁹ conſimilibus. innittebātur nāque iuri naturali ſecundū quod omnia ſunt cōmunia. i. diſt. §. i. Ex quibus omnibus & cōſimilibus conſiderādum eſſet, an expedīret eccleſię Dei iuxta dictū Hieronymi quòd. o. reuolaret ad. a. xxxv. diſt. ab exordio. Et quòd in cœtu dominorū cardinaliū, & in collegiis, & aliis de q̄bus videretur eſſe expediēs, ſeruaretur: vt omnis quæſtus & multiplicationis beneficiorū eiſdē materia tolleretur. Et quòd aliūde cōuenientur prouideretur eiſdē, & quòd pluralitatē beneficiorū in animarū ſuarū & eccleſiarū diſpendium & pernitioſum aliorū exemplum nullatenus retinerent. Sed ꝙ eſſent ſuo cardinalatu contēti. Et modus p̄ eos aſſumpt⁹, ad poſteros diriuaretur: qui finaliter ſibi omnia beneficia & officia eccleſiaſtica, quę alicuius pōderis ſunt, vſurpantur, cum multis libris marcarum multi ex eis contenti aliquatenus non exiſtant.

Oīa communia ſūt iure naturali.

Pluralitas beneficiorū dicitur mala.

Titulus tertius.

Quòd epiſcopi & perſonæ eccleſiaſticæ nō capiantur, ſicut fit hodie, à laicis: & quòd priuilegia à Romana eccleſia cō ceſſa in contrarium reuocentur.

ITē cũ ſubſequatꝰ immediatę in dicta Nicena ſinodo, ꝙ Conſtātinus Monarcha tūc pene totius orbis, delata corā ſe querela quarūdā perſonarū eccleſiaſticarū, dixit, à nemine ſeculari poterāt iudicari: qa dū vocati erāt, & hoc idē aliis iuribꝰ cōibus fit cōforme. xcvi. diſt. bene quidē. cũ ix. cc. ſeq. extr. de cōſti. ec. ſanctæ Mar. de reb. ec. nō alie. cũ laicis. de fo. cōpe. per totũ. xi. q. i. clericum nullus. cũ pluribus cc. ſequent. Videretur vniuerſali eccleſiæ multum eſſe expediens intendere ad cōſeruationem dictæ generalis libertatis eccleſiaſticę. & c. ſi quis ſuadente. xvii. q. iiii. & tamen ſecundũ Alexandrum Papā. e. cau. &. q. ſiquis deinceps ſit ſtatutũ. Si quis priorum & nobilium aut cuiuſcunq; dignitatis vel cuiuſcũq; ordinis laicorũ epiſcopũ cōprehēderit vel percuſſerit, aut aliqua via à ꝓpria ſede expulerit, niſi forte iudicatũ canonicè, ꝙ actores & cooperatores tāti ſceleris anathematizentꝰ, & bona eorũ iuri eccleſiæ tradātꝰ.

Clerici nō capiendi ꝑ laicos.

Si verò in presbyterorum vel in quencunq; inferiorum graduũ clericum hæc eadem præſumpſerit, canonicæ pœnitentię atque diſpenſationi ſubiacebit: ſi cōtumax fuerit, excōmunicetur: nūc videtur quòd Romana ac vniuerſalis eccleſia deberet pati epiſcopi & cęteræ ꝑſonę eccleſiaſticæ à regibus principibus atq; cæteris dñis tēporalibꝰ eorũ authoritate caperentꝰ ſicut quotidie videmꝰ attētari de facto.

Nec dicta Romana eccleſia deberet (vt videtur prima facie quòd poſsit) ſuper hoc eis priuilegium cōcedere, ſed conceſſa potius reuocare. Cùm talis conceſsio tēdat ad deſtructionē vniuerſalis eccleſiæ. xxv. q. i. ſunt quidā. & q. ii. ſi ea deſtruere, vt in iii. ti. ſuprà in i. parte poſito plenius eſt ꝓbatũ. Cũ hoc ſit ius publicũ, diuinũ & humanũ perſonaliter & realiter eccleſiis cōceſſum: cui renũtiari non poteſt, cũ ſit publicũ authoritate & vtilitate: ſicut ꝓbari poteſt in d. xxv. q. i. & ii. & xvii. q. iiii. per to. Et faciũt multa iura tacta ext. de immu. c. nō minus. & c. aduerſus. de fer. c. vlt. de teſti. & c. vlt. de fo. cōpe. ſignificaſti. de trāſac. c. vl. de in integ. reſt. cauſa. §. vlt. ff. de pac. l. ius publicũ. & l. inter debitorē. & de iu. immu. ſemp. §. cōductores. ff. prout latius ꝓſequitꝰ Hoſtiē. in tit. de renunt. in ſumma. §. quæ poſſunt. & in apparatu de ſenten. excom. §. nouerunt.

Publicũ authoritate & vtilitate.

Titulus quartus.

Quod deliberetur ſi expedit uniuerſali eccleſiæ quòd decretalis Bonifaciana de clericis coniug. lib. vi. reuocetur, cùm per eam generalis libertas eccleſiæ reuocetur, quo ad clericos coniugatos.

ITem ex eiſdem cauſis videtur, quòd decretalis Bonifaciana de cler. coniug. lib. vi. c. clerici. haberet reuocar, cùm per ipſam generale priuilegium eccleſiæ quo ad perſonas & res eccleſiaſticas cõiugatorum ab ipſo reſtringantur. Et hoc à dicto domino Bonifacio factum fuerit abſq; authoritate & vocatione concilii generalis, cùm tamen ſecundum decretũ Gregorii Papæ. xxii. diſt. ſi qui. tales clerici coniugati ſtipẽdia etiam ab eccleſia recipere poſſent, & ſub eccleſiaſtica eſſent tenẽdi regula. Et in canẽdis pſalmis inuigilare haberent, vt ibidem: facit. c. diſplicui. quod eſt conciliũ Cartagin. &. extra de vita & hone. cler. clericus ſi tõſura. & de cleri. coniug. Ioannes. cũ nota. ibidem. Ad hoc facit c. i. concilii Tholetani, in quo ſtatuitur. vt ſi ſubdiaconus defuncta vxore aliã duxerit, oſtiarius fiat. Et quia ſecundũ canones apoſtolorũ & orientalem eccleſiam gauderẽt (niſi ſint bigami) priuilegio clericali quod ſe extendebat non ſolùm ad perſonas, ſed etiam quo ad alia talium clericorum.

Titulus Quintus.

Quòd prouideatur ut eccleſiæ liberè acquirere, & iam acquiſita retinere poßint, cùm non uideantur ſufficere remedia ſuper hoc conſtituta.

CVm Nicena ſynodo circa principium dicatur quòd prædictus Conſtantinus monarcha & etiam reges & pręſides ac magiſtratus alii licentiam dederunt per vniuerſum orbem ſuo degẽtes imperio, non ſolùm fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi eccleſias & eis prędia tribuẽdi. Et dictum priuilegium vniuerſali eccleſiæ conceſſum & approbatum iuríque cõſonum. x. quæſtio. i. c. i. cum ſequentibus nõ ſeruetur. Nec à perſonis eccleſiaſticis, nec à

ſecularibus, nec in hoc ſufficiant iam cõſtituta remedia ab Alex.iiii.c.i.lib.vi.de immun.c.i.lib.vi. Et quia nõnulli in quibus nonnulla ponitur pœna, decreta. Bonifaciana, clerici laicos.eo.ti. & lib.nõ ſeruet, expediret ꝙ pro diligẽtia & authoritate ſedis apoſtolicæ & ſacri cõcilii, cõtra talium auſus & conamina libertatem, & immunitatem eccleſiaſticam lędere, & minuere conantium, apponeretur remedium oportunum. Sed hoc plenius agitur in titu. lxx. vbi probatur quòd hoc debet ſeruari & fieri.

Titulus ſextus.

Quòd ſpeciales orationes in omnibus eccleſiis pro regibus & aliis fiant.

IN Nicena ſinodo dicitur, quòd ſecundum monita apoſtoli Timo.ii. fiant orationes, poſtulationes, obſecrationes, & actiones gratiarum in eccleſia pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & trãquillam vitam agamus. Et hoc nominatim & ſpecialiter non fiat in multis eccleſiis, videretur vtile ꝙ hoc mandaret̃ ſeruari vniuerſaliter in eccleſia ſancta Dei.

Titulus ſeptimus.

Epiſcopi gregem paſcant, & iura in beneficiorũ collationibus illis conſeruentur, honor debitus deferatur, etiam à cardinalibus, & ad curiã de facili nõ citetur. Necnõ eccleſiæ & cimiteria poluta & uiolata, epiſcopis impeditis, per preſbiteros recõſilientur, pauperibus ꝓuideatur, decimæ principibus nõ concedantur abſque prælatorum aſſenſu, ille prout nec annalia leuentur & beneficia ante eorum uocationem non conferantur, nec res eruentur.

IN Nicena ſynodo dicitur authoritate bti Pet. in ſua prima epiſtola.v. cap. quòd epiſcopi qui per ſpiritum ſanctũ conſtituti ſunt regere eccleſiam Dei, paſcant qui in ipſis eſt gregem dei: prouidentes nõ coactè ſed ſpontè ſecundũ Deum, neque turpis lucri gratia ſed volũtariè, neque vt dominantes in cleros, ſed forma gregis ex animo: *Prælati gregẽ paſcãt ut hîc.*

vt cùm princeps paſtorum apparuerit, percipere valeant immarceſsibilem gloriæ coronã. Et idem etiam dicitur in decretis.xcv.diſtinc.eſto ſubiectus.xxvi.quæſtio.prædica torum.videtur vtile quòd cùm epiſcopi ſint in eccleſiaDei ſucceſſores apoſtolorum(ſicut dicit Vrbanus Papa.lxviii. diſtinctione.quorũ vices. Et Anacletus.xxi. diſtinctione. in nouo.) Et ſicut Papa in plenitudinem poteſtatis, ita & ipſi in partem ſolicitudinis,in prouinciis,ciuitatibus & diœceſib⁹ decretis ſunt aſſumpti.extra de authoritate & vſu palii.ad honorem.ſecunda quæſtione.ſexta.qui ſe ſcit.no na quæſtione.iiii.epiſcopi.cùm capitulis pręcedentibus & ſequentibus.quòd ſua eis iuriſditio ſeruaretur intra limites commiſſos eiſdem,aliter enim(vt ait Grego.) ſi ſua vnicuique epiſcopo iuriſditio non ſeruatur,quid aliud agitur,niſi vt per nos,per quos vt eccleſiaſticus ordo cuſtodiri debuerat,confundatur.xi.q.i.peruenit. Et ideo cùm dicti epiſcopi in ſuis diœceſibus ſint de iure & eſſe debeant pręordinatores in cũctis,vt ait Iſidorus,in epiſtola ad Ludifredum,& xxv.diſtinc.perlectis.ac de iure communi & ſecundum conſilium Aurelianeñ.xv.q.vi.Omnes baſilicę quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt,in epiſcoporum poteſtate conſiſtant,in cuius territorio ſunt poſitæ. Et ſecundum Calixtum Papã.e.quęſt.nullus.Nec Archidiaconus, nec archipresbiter,nec præpoſitus, nec decanus,animarũ curã vel prębendas eccleſię ſine preiudicio vel conſenſu epiſcopi alicui tribuat: imò ſicut ſanctis canonibus conſtitutum eſt, animarum cura:& pecuniarum eccleſiaſticarũ diſpenſatio in epiſcopi iudicio & poteſtate permaneat. Et ſi quis contra hoc fecerit,aut poteſtatem quæ ad epiſcopũ pertinet,ſibi vendicare præſumpſerit,ab eccleſiæ liminib⁹ arceatur:vt ibidem videtur ſecundum dictum Greg.eccle ſiaſticus ordo confundi: quia eccleſiaſtica beneficia ad ipſorum epiſcoporum collationẽ & prouiſionem pertinentia per ſedem apoſtolicam & per alios conferuntur,etiam antequam vacent,non ſolùm in curia Romana,ſed extra: cùm ipſi epiſcopi de cura & curatis, quorum conſcientias ignorant,quia ipſi eis non prouident,reddere habeant rationem.de offi.archi.c.i.& ſanguis ſubditorum de eorum

Iuriſditio unicuique ſeruetur.

Animarũ cura & pecuniarum diſpẽſatio ad epiſcopos pertineat.

Soli apoſtoli beneficia cõferant

manibus requirat: vt extra de regula. & trãſ. ad relig. c. i. & vlt. de of. ordi. irrefragabili. Et inſuper qa ab epiſcoporum interdictione & correctione aliq etiã eorũ degẽtes delinquẽtes vel beneficiati diœce. p excõmunicationẽ ſeu quocũq; alio modo ſubtrahũtur. Cũ ſecũdũ cõciliũ Pariſi. nulla ratiõe clerici aut ſacerdotes habẽdi ſunt, q ſub nulli⁹ epiſcopi diſciplina & ꝓuidentia gubernantur. xciii. di. nulla.

Cùm etiam illud quod dominus dicit de apoſtolis, Mat. x. qui vos recipit, me recipit: & qui vos honorat, me honorat: & qui vos ſpernit, me ſpernit. viii. quęſtio. i. qui vos. & ii. quæſtio. vii. accuſatio. cum ſequentibus, intelligatur de epiſcopis & ſacerdotibus, quibus honor debitus deferẽd⁹ eſt, ne latratus & detractiones contra eos de facili audirẽtur, ſecundum quod traditur. ii. q. vii. in multis capitulis. Et quod de facili ad curiam Romanam nõ citarentur, cuius fit contrarium omni die, contra doctrinam Grego. dicentis. lxxxvi. diſtin. ſi quid de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſtè poſsit offendere, facilè non credas, nec te ad vindictã res accendat incognita. Sed præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus, diligenter eſt veritas ꝑſcrutãda, vt ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpã feriat delinquẽtis. extra de ſymo. licet hely. Honor ꝓterea debit⁹ vnicuiq; iuxta ſuũ ſtatũ, debetur (vt in cõcilio generali de appell. vt debit⁹.) epiſcopis & nõ prelatis q nõ ſunt ſucceſſores apoſtolorũ, ſed ſunt, & ab initio fuerũt aſſumpti ad miniſtrãdũ & ſeruiẽdũ in eccleſiis parochialib⁹, & vt ipſi presbyteri Pap. aſsiſtãt in miſſarũ ſolẽnitatib⁹ & diaconi cardinales ĩ induẽdo Papã & aliis miniſteriis inſiſtãt, & circa altare deſeruiãt dño Pa. ſicut habeẽ in cronica Martiniana. tit. de duplici regimine vrbis. Quinimo (ꝙ videẽ eſſe indecẽti⁹) camerarius do. Pape & vicecãcellari⁹, auditor cõtradictoriarũ, referẽdari⁹, & notarii, archiepiſcopis, epiſcopis, & prelatis aliis in ſedib⁹ ꝑferũẽ. Cũ tamẽ ſecũdũ eorũ dignitatẽ, & ꝓrogatiuã ordinũ & ordinationis ſuę tẽp⁹ cõcedere, & in qualibet re ſua loca tenere deberẽt. Et q priores ſunt, dignitate eſſent aliis ꝑferẽdi. xviii. diſ. placuit. lxxiiii. diſt. epõrũ. lxxxv. diſ. c. vlt. ext. de maio. & ob. c. i. & xiii. c. cõcilii. Niceni. & in cõci. Tole. xciii. nõnulli.

Clerici nõ conueniãtur ĩ curia Romana.

Ad qd primò fuerint cardinales inſtituti.

Priores in ordine ꝑferantur.

& in.xxiii.cõci.Mileuitani.& in.xxiii.c.conci.Agatheñ. & in.xxxix.iii.concil. Tolet.& xl.c.tertii conci.Bracharẽñ.dicti etiam diaconi & presbyteri cardi.cõtra ritum & moré eccleſiæ Romanæ,qui ab eis ſeruãdus eſt.xviii.diſt. §.verùm.c.diſt.contra morem.x.diſt.qui neſciat.& fortè contra ius,ſecundum Nicolaum Papam.xxi.diſtin. denique.pręſentibus archiepiſcopis & epiſcopis in miſſa,& in menſa benedicunt:cùm tamen prohibeatur in conſilio Agatheñ.c.xvii.quòd presbyter populo dare nõ præſumat. Et dictos archiepiſcopos,epiſcopos & prælatos frequenter longè infra ſe poſitos velut in imo reſpiciunt. Quibus (vt vtamur verbis Greg.in moralibus) non cõſulendo interdũ loqui,ſed vix dominando dignãtur.xlvi.diſtin.hoc habet proprium.Cùm itaque Greg.Pap.ſcribat,quòd honorem ſuum non reputat, in quo fratres ſuos honoré ſuũ perdere cognoſcit: quia ſuus honor eſt honor vniuerſalis eccleſię,& ſolidus vigor fratrum ſuorum epiſcoporum.Et ſcribat ſe tunc honoratum,cùm ſingulis quibuſque honor debitus nón negatur.Et (ne detrahatur honori cæterorũ prælatorum)inhibeat ſe vniuerſalem Papam vocari: quia talia verba veritatem inflãt, & charitaté vulnerant.xcviii. diſ.ecce. haberet Romana eccleſia prouidere circa dictũ honorem epiſcopis & prælatis omnibus impendendum. Et recordari deberet iugiter de ſcripto. Cur te habeam vt principem, cùm me non habeas vt ſenatorem.xcv.diſt.eſto ſubiectus.Nam qui contemnit, contemnitur:& dolus interdum cum dolo cõpenſatur: & fruſtra petit debitum, qui quod debet,non impendit. Et non ſeruãti fidem,fides interdum non ſeruatur eidem. Debet itaque reputari Romanæ eccleſiæ altitudo & cognitio.Nam ſicut ait Grægo. lxxxix.diſt.ad hæc.& xvii.q.v.ad hæc.Prouiſio diſpenſationis diuerſos eccleſiæ ordines conſtituit eſſe diſtinctos: vt dum reuerentiã minores potioribus exhiberent,& potiores minoribus dilectionem impenderent,vera concordia fieret,& ex diuerſitate connexio,& rectè officiorũ gereretur adminiſtratio ſingulorum.Nã vt ait Augu.ad donatum & habetur.xxiii.q.v.ꝓdeſt.ſicut dilectionem iuſsi ſunt terrentibus debere qui timẽt,ita dilectioné iuſsi ſunt

Honor uniuerſalis eccleſiæ quis dicatur.

Prouiſio diſpẽſationis diuerſorũ ordinum.

timentibus debere qui terrent. Poruerbiũ vulgare eſt, qui totũ vult, totum perdit. Eccleſia Romana ſibi vẽdicat vniuerſa. xciii. di. diaconi ſunt. Vnde timendum eſt, quòd vniuerſa perdat: nam ſicut Salomõ ait Prouer. xxx. Qui multum emungit, ſanguinem elicit. iiii. diſ. denique. Sicut habetur exẽplum de eccleſia Græcorum, quæ ex hoc ab eccleſiæ Romanæ obedientia dicitur receſsiſe. Nam ex hoc in. vi. c. Niceni concilii ſtatutum eſt: vt honor vnicuique eccleſiæ ſeruetur. lxv. diſt. mos antiquus. Ad idem faciunt penul. & vlti. c. concilii Antiocheni. & .ii. & .iii. c. concilii Cõſtantinopolitani. Videretur etiam vtile, quòd dicti epiſcopi & archiepĩ iuſto impedimendo detenti poſſunt recõciliare per alios in ordine ſacerdotali conſtitutos eccleſias & cemiteria polluta & violata, cùm interdum de vno anno vel biennio nequeũt reconciliari per eos. Et quòd illis qui non habẽt vnde viuant, aſsignaretur de beneficiis diœceſ. vnde conuenienter viuere poſſent: vel quòd plures epiſcopatus vnirentur in vnum, ne contemptui haberentur. Ad quod facit. xc. diſtin. diaconi. iiii. diſtin. c. legimus. Videtur inſuper ſtatuendum, quòd per curiam Romanã nõ concedetur principibus vel aliis, ne quoquomodo leuarẽtur abſque ipſorum prelatorum aſſenſu decimę, nec annalia, nec aliȩ ſubuentiones, nec beneficia ante eorum vacationem conferrentur: nec reſeruarentur per curiam ſupradictam.

Qui totũ uult totũ perdit.

Vt eccleſiæ & cimiteria polluta & uiolata p pſbiteros poſſent recõſiliari.

Decimæ nõ leuẽtur ſine prælatorum conſenſu.

Titulus octauus.

Quòd militantes Deo non implicent ſe negotiis ſecularibus, nec turpia lucra ſequantur, ſed de ſuo uiuant.

CVm enim alia ſint negotia ſecularia, alia eccleſiaſtica. & ſecundum apoſtolum. ii. ad Thimo. ii, dicatur, quòd nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus. Statutum fuit in ſynodo Nicena & in canonibus apoſtolorum, quia quidam in clero videntur electi propter turpia lucra, & cõductores fiunt alienarum poſſeſsionum, & negotia ſecularia ſub cura ſua accipiunt, miſterium parui-

pendunt,& per ſecularium domos diſcurrunt, & propter auaritiam patrimoniorum ſollicitudinem ſumunt, quòd hoc deinceps non fiat niſi propter pupillorum, orphanorum & viduarum defenſionem,aut ſi fortè epiſcopus ciuitatis eccleſiaſticarum rerum eos præcipiat habere ſolicitudinem. verùm quia dictum ſtatutum in aliis cōciliis,vt in Laodiceñ.v.c.& in Calcedoñ.iii.c.& à Romanis pontificibus frequenter iteratū, vt extrà ne cle.vel mona.per totum.lxxxvi.di.peruenit.lxxxviii.di.decreuit. cum ſequētibus.xxvi.di.q.iii.per totum.non ſeruatur etiam à multis prælatis, & vt annalibus qui pecunias ſuas tradunt, & ab ipſis diuerſa ſeruitia recipiunt,& ex contrario populus ſcādalizetur, videtur vtile prouideri quòd prædicta effectualiter ſeruarentur. Et quòd clerici qui turpi lucro vel inhoneſto negotio ſibi victum quærere prohibētur de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequantur,quòd ſi eis eccleſia ſufficere non poſſet,proprio artificio vel agricultura(exēplo Apoſtoli qui de labore manuū viuebat)ſibi neceſſaria inuenirent.ita tñ vt occaſione operis ſui eccleſiaſticis officiis non deeſſent.hoc nempe eſt in aliis,&à Romanis pōtificibus conſtitutū.xci.diſt.per totum. Act.xx.c.Et quòd accipiens vſuram & ampliationem indebitam& turpia lucra deiicerentur à clero, & alieni haberentur ab eccleſiaſtico gradu,prout cōtinetur in.xviii.c. Niceni cōcilii poſito.xlvii.di.quoniam.Et in Carthagineñ.conci.xci.di.Et idem ſtatuitur in.xliii.cap.iii.conci.Bracharẽñ.& in.xiiii.c.ii.conci.Arelateñ.& in ix.c.conci.Elibretani cōtinetur, quòd epiſcopi, presbyteri, & diacōni dē locis ſuis negotiandi cauſam nō deſcendant,nec ſectētur nundinas.& in ſequenti.c.habetur quòd ſi vſuras acceperunt,degradentur, & abſtineant.

Titulus nonus.

De donatione Conſtantini & primatu eccleſiæ ſpiritualiter & temporaliter declarandis.

IN ſynodo Nicena ponitur edictū donationis Cōſtantini Imperatoris,de qua habetur in illa palea. Conſtan-

tinus.xcvi.diſtin. Et in dicto edicto ſpecialiter continetur qualiter dictus Conſtãt.decreuit vt Romana eccleſia principatum teneat, tam ſuper quatuor ſedes patriarchales.ſ. Alexandrinam,Antiochenã, Hieroſolimitanam, & Conſtantinopolitanam,quàm etiam in vniuerſo orbe ſuper omnes eccleſias. Et pontifex qui per tẽpora ipſius ſacroſanctæ Roma. eccleſiæ extiterit celtior,& princeps cũctis ſacerdotibus,& totius mũdi exiſtat. Et eidem Roma.vrbem & omnis Italiæ,ſiue omniũ occidentaliũ ciuitates regionũ & prouincias reliquerit & imperiũ occidẽtale vt ibidẽ cõtinetur. Dominúſq; beato Petro eccleſię æternę viceclauigero,cœleſtis regni ſimul & terreni iura cõmiſit,ſicut Nicolaus Pa. ait xxii.diſti.omnes. & in proœ. vi.li.& de elec. c.fundamẽta. & de ma.& obe.ſolite. Videretur ideo vtile ſi abſq; ſcãdalo fieri poſſet,hęc taliter ſecularium principũ auribus inculcari,ꝙ cognoſcerẽt nullã ſibi fieri iniuriam, cũ eccleſia ſe de aliquibꝰ caſibus ſecularibus intromittat:& ꝙ declararẽt, ad quid ſpiritualiter & tẽporaliter primatus Rom.eccleſię ſe extẽdit ſecũdum ordinatã poteſtatẽ. Et ꝙ diſtinguerẽtur iura eccleſiaſtica & ſecularia, cũ hoc videatũ conſonũ iuri.x.diſt.qm̃.xcvi.diſt.cũ ad rerũ. & c.duobus.

Titulus decimus.

De cohabitatione clericorũ & mulierũ uitãda, & ne proſtibula publica teneantur prope eccleſias, & in Roman.curia prope palatium domini Papæ, nec alibi prope domos prælatorum, & ne mareſcallus domini Papæ & conſimiles aliquid recipiant à meretricibus & lenonibus earundem.

IN tertio cap.Niceni cõcilii fuit omnibus modis interdictum,ne epiſcopo neq; presbytero, neq; diacono, neq; vlli clericorum omnino liceret habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè mater, aut ſoror,aut auia, vel amita, aut matertera ſit:quia in his ſolis perſonis, & harum ſimilibus,omnis quæ in mulieribus eſt ſuſpectio,declinetur. Et qui præter hoc agit,periclitetur de clero. Dictum ſtatutum eſt poſitum xxxiii.diſt.interdixit. ſic in iii. & iiii.cc.ſecũdi concilii Arelateñ.& in multis aliis cõciliis: vt in x. & in xv.

Quas ſʒ ſibi teris liceat in domo habere hic poniꝰr.

cc.cōcilii Elibertani.& in xvi.c.cōcilii Hilerdeñ.& à Romanis Pontificibus iteratum:vt extra de coha.cler.& mulie.per totum.lxxxvi.diſt.clericus.cum c.ſeq.nō ſeruetur.& ex hoc multa ſcandala ſubſequūtur,&contra clerū murmurat populus: videretur vtile pro cōſeruatione ſtatus eccleſiæ & honoris,quòd mādaretur ſeruari.xxxii.diſt.hoſpitiolum. Vnde in i.c.concilii Taraconen.ſtatutum eſt,ꝙ etiam clerici ad proximas ſanguinis ſine teſtimonio nō accedant.Nam(vt Auguſt.dicit)omnes qui cum ſorore mea ſunt,ſorores meę non ſunt.lxxxi.diſt.legitur.Et ad idē faciunt cc.ſeq.& xliii.c.iiii. concilii Toletani.& in xxxii.c.tertii concilii Bracharen. Et inſuper,quòd proſtibula publica non teneantur prope eccleſias,& in Roma.curia ꝓpe palatium domini Papæ,& nec alibi prope domos prælatorum: & ne mareſcalus domini Papæ & conſimiles aliquid recipiant à meretricibus & lenonibus earundem.

Lupanaria nō teneantur ut hîc ponitur.

Titulus vndecimus.

De conciliis prouincialibus bis in anno celebrādis,& de ordine ſeruando in eis,& quòd in eis omnia negotia prouinciam contingentia(ut moris eſt,antequā adeatur)ſuperior terminentur.Et uiſitatores deputentur in eis,per quos unà cū officialibus epiſcoporum executioni mandentur quæ fuerunt conſtituta. Et quòd conſtituantur metropolitani,patriarchæ,& primates, qui archiepiſcopis, & epiſcopis præſint in regnis in quibus non ſunt.

IN.vi.cōcil.Nice.cauetur ꝙ per ſingulos annos ſingulis ꝓuinciis bis in anno epōrum conciliū teneatur.vt q̄ corrigēda & reformāda in qualibet ꝓuincia fuerint,corrigantur & reformētur.Et dictum ſalubre conſtitutū in.xx.cōci.Antioch.& in.iii.c.conci.Conſtantinopolitani.& ii.c.ii.conci.Cartagineñ.repetitum in aliis cōciliis,& in decretis Romanorum pontificum,vt.xviii.diſtin.per totum nō ſeruetur, videretur vtile quòd per prouidentiam concilii executioni debitè demandaretur.Et quòd omnia negotia contingētia ſtatum cleri in regularibus & ſecularibus perſonis

ſonis quæ coram ſuis ordinariis non poſſent accipere finẽ vel à quibus eſſet appellatum. deferretur ibidem,& prius ad Romanam curiam deuolui non poſſent, niſi eſſent maximæ cauſæ ſecundum tenorẽ legis canonizatæ.ii.quæſt. vi.anteriorum.§.illud.& ſi contingeret appellari ad ſedem apoſtolicam à cõcilíis,quòd prima cauſa appellationis remitteretur ad examen conuicinorum epiſcoporum ſecundum prouidentiam & ordinationem ſuper hoc habitam in Nicena ſynodo:ſicut recitatur in iii.& vltimis capitulis. vi. cõci.Carthagineñ. in quo affuit Fauſtinus legatus eccleſiæ Romanæ. Hoc fuit ſtatutum in conci.Sardiceñ. poſito.ix.quęſt.iii.quis epiſcopus.& in cõci. Mileuitano fuit idem conſtitutum.ii.quæſt.vi.placuit. Vtile eſſet quòd ad dicta concilia aliquid de capi. & de presbyteris diœce. & laicis vocarentur ſicut in vlti.c.conci. Tarraconeñ. extitit conſtitutum. & in iii.c.iiii.conci. Toleta. quod incipit nullam,dicitur quòd nulla pene res diſciplinæ mores ab eccleſia Chriſti magis depulit quàm ſacerdotum negligentia: qui contemptis canonibus ad corrigendos eccleſiaſticos mores ſynodum facere negligunt. Ob hoc vniuerſaliter à nobis definitum eſt, vt quia iuxta patrum antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri concilium non ſinit: ſaltẽ vel ſemel à nobis celebretur. Ita tamen vt ſi fidei cauſa eſt aut quælibet alia eccleſiæ communis generalis totius Hiſpaniæ & Galiciæ ſynodus cõuocetur. Si vero nec de fide nec de communi eccleſiæ vtilitate tractabitur, ſed ſpeciale erit cõcilium prout vniuſcuiuſque prouinciæ metropolitanus elegerit peragendum eſſe.

Prima appellationis cauſa corã quib' terminãda

Negligẽtia ſacerdotũ peſsima eſt.

Omnes autem qui cauſas contra epiſcopos aut iudices, aut potentes,aut contra quoſcunque alios habere noſcuntur,ad idem concilium concurrant: & quęcunque examine ſynodali à quibuſcunque prauè vſurpata inueniuntur, regii executoris inſtãtia iuſtiſsimè his quibus iura ſunt reformentur. Ita vt pro compellendis iudicibus vel ſecularibus viris ad ſynodum metropolitani ſtudio quidam executor à principe poſtuletur.

Si agere cõuenit cõtra prælatos & potentes, agitur ut hic ponitur.

Quintadecima autem calendas Iuniarum congregãda eſt in quacũque prouincia ſynodus propter vernale tẽpus

quando herbis terra veſtitur: & pabula germinum inueniuntur.

Modus celebrãdi cõcilii puinciali.

Hora itaque diei prima, ante ſolis ortũ eiiciãtur omnes ab eccleſia, obſeratiſque foribus cunctis, ad vnam ianuam per quã ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ſedeant: & cõuenientes omnes epiſcopi pariter introeant, & ſecundum ordinationis ſuæ tempora reſideãt. Poſt ingreſſum omniũ epiſcoporum atque conſeſſum, vocẽtur deinde presbyteri, quos cauſa probauerit intrare: nullus ſe inter illos ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe.

Et corona facta de ſedibus epiſcoporũ, presbyteri à tergo eorum reſideant: diaconi in conſpectu eorum ſtẽt, deinde ingrediantur laici, qui electioni cõcilii intereſſe meruerunt. Tunc quoque ingrediantur & notarii, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit, & obſerẽtur ianuę. Sedentibúſq; in diuturno ſilentio ſacerdotibus & cor tantùm habẽtibus ad Deum, dicat Archid. Orate: ſtatimq; omnes in terram proſternantur. Et orãtibus tacitè diutius cum fletibus atque gemitibus, tunc vnus ex epiſcopis ſenioribus ſurgens, palàm orationẽ fundat ad Deum ſequẽtem, cunctis in terra adhuc iacentibus. Finita autem oratione: & reſpõſo ab omnibus, Amen. rurſus dicat diacon[9], Erigite vos, & confeſtim omnes ſurgant, & cum omni timore Dei & diſciplina, tam epiſcopi q̃ presbyteri ſedeant. ſicque omnibus in ſuis locis in ſilẽtio cõſidentibus, diaconus alba indutus, codicem canonũ in medio proferens, capitula de conciliis agẽdis pronuntiet: finitiſq; titulis, Metropolitanus epiſcopus concilium alloquatur, dicens: Ecce ſanctiſsimi ſacerdotes, recitatę ſunt ex canonibus priſcorũ patrum ſentẽtiæ de concilio celebrãdo. Si qua igitur quẽpiam veſtrum actio commouet, coram ſuis fratribus proponat. Tunc ſi aliquis quancunque querelam quæ contra canonem agit, in audiẽtiam ſacerdotalem protulerit, non prius ad aliud trãſeatur capitulum, niſi primùm quæ propoſita eſt actio terminetur. Nam & ſi presbyter aliquis aut diaconus vel clericus ſiue laicus de his qui foris ſteterint concilium pro qualibet re crediderit appellandũ, eccleſiæ

metropolitanæ, Archidiacono cauſam ſuam intimet, & ille concilio denuntiet: & tunc illi & introeundi & proponendi licentia concedatur. Nullus autem epiſcoporum à cœtu communi ſecedat, antequam hora generalis receſſionis adueniat. Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita vt quæcunque deliberationi cõmuni finiuntur, epiſcoporũ ſingulorũ manibus ſcribantur: tunc enim Deus congregationi ſuorum ſacerdotum intereſſe credendus eſt. in xviii. etiam ca. iii. cõcil. Toletani, ſtatutum fuit, quòd iudices & authores fiſci præſentes eſſent concilio celebrando, vt diſcerent quàm piè & iuſtè cum populis agere debeant. Et ne in angariis aut operationibus ſuperfluis aliquem priuatum vel fiſcalem aggrauerent. Sunt enim epiſcopi perſpectores qualiter iudices cum populis agant, vt ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentias eorum auribus principum innoteſcãt: quòd ſi correctos emendare nequiuerint, quod ab eccleſia & communione ſuſpendant. In primo capit. vndecimi conci. Toleta. poſito. v. quæſtione iiii. in loco. continetur quòd concilia debẽt cum magna quiete & abſque aliquo tumultu celebrari. vnde ibidem dicitur. In loco benedictionis confidentes domini ſacerdotes, nullis debent aut indiſcretis vocibꝰ perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbari. Nullus etiam fabulis vanis aut riſibus agi: & (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim (vt ait apoſtolus) putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio: cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentium perit, & iudiciorum obſtrepentium turba cõfundit: dicente propheta, erit cultꝰ iuſtitiæ, ſilentium. Debet ergo quicquid, ante confidentiũ conſultationes agitur, aut à cauſantium parte proponitur ſic mitiſsima verborũ prolatiõe proferri, vt nec contẽtioſis vocibus ſæuus audientiũ perturbent, nec iudicũ vigorẽ tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu concilii hæc quæ præmiſſa ſunt violãda crediderit, & cõtra hec interdicta, aut tumultu, aut contumeliis vel riſibus concilium perturbauerit, iuxta Dei legis edictum quo præcipitur:

Epiſcopi ſunt perſpectatores

Silentium cõmendatur.

Eiice deriſorem,& exibit cum eo iurgiũ:cum omni dedecore de cõceſsione abſtractus à communi cœtu ſecedat,& trium dierũ excõmunicationis ſententiam perferat. Item cùm parũ proſit cõdere iura,niſi ſit qui ea tueatur,& exequatur:de electione vbi periculũ.lib.vi. de ſtatu regulari. periculoſo.c.quoniam.in lib.eo.videtur vtile quòd in ſingulis conciliis prouincialibus ordinarẽtur certi viſitatores & correctores,ſicut ſtatuitur in regularibus.de ſta.mona. in ſingulis.qui ſtatuta facerent obſeruari,vel ſaltem in canonibus prouincialibus omnia facta promant,quæ correctione & reformatione indigent,referrentur,corrigerentur,& reformarentur ibidem ſingulis annis. Et quòd concilia in medio prouinciæ propter communem vtilitaté tractarentur:& vt ſuffraganei poſſent abſq; maioribus diſpẽdiis conuenire. Et quòd etiam officiales epiſcoporum tenerentur ad faciendum illa quæ ſtatuta ſunt ꝑ cenſurã eccleſiaſticam obſeruari. Videtur inſuper quòd eſſent conſtituendi metropolitani & patriarchæ in ſingulis regnis vbi non ſunt,qui epiſcopis & archiepiſcopis præeſſent,ſecundum illud.xxi.diſtin.cleros.& xcix.diſtinc.§.i.cum cc.ſequentibus.lxxx.diſtin.c.i.& cc.ſequentibus.In quarto autem ca.iii. concilii Bracharẽ. continetur quòd archiepiſcopus primatum & poteſtatem obtineat ſuper omnes epiſcopos in eius prouincia conſtitutos.in xviii.diſtinct.propter eccleſiaſticas. ſecundò,dicitur quòd bis in anno concilia celebrentur.

Item ordo iſte de celebrando concilio,aſſumptus eſt ex libro ab Iſidoro edito de mandato Damaſi Papæ ad inſtã tiam epiſcopi Carthagineñ.de omnibus conciliis & ſtatutis Romanorum pontificum factis & habitis ante tempus dicti Damaſi Papæ.

Oratio de quá ſuprà eſt facta mentio.

ADſumus dñe ſancte ſpiritus. Adſumus peccati quidẽ immanitate detẽti. Sed in nomine tuo ſpecialiter ag

gregati, veni ad nos & eſto nobiſcum: dignare illabi cordibus noſtris: doce nos quid agamus, quo gradiamur, & oſtẽde quid efficere debeamus: vt te auxiliãte tibi in omnibus placere valeamus. Eſto ſalus & ſuggeſtor & effector iudiciorum noſtrorũ: qui ſolus cum Deo patre & eius filio nomen poſsides glorioſum. Non nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitię qui ſummam diligis ęquitatem, vt in ſiniſtrum nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel perſonæ corrumpat. Sed iunge tibi nos efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnũ, & in nullo deuiemus à vero quatenus in nomine tuo collecti ſic in cũctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam, vt & hîc à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra: & in futuro pro bene geſtis conſequamur præmia ſempiterna.

In qua oratione non dicatur pater noſter, nec benedictio. Sed ipſa ſolummodo oratio confirmetur.

Finita autem oratione, & reſponſo ab omnibus, Amen. Rurſus dicat archidiaconus, Erigite vos: confeſtim omnes ſurgãt, & cum omni timore Dei & diſciplina, tam epiſcopi quàm presbyteri ſedeant. Sícque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſedentibus, Diaconus alba indutus, codicem canonum in medio proferens capitula de conciliis agendis pronuntiet, id eſt de concilio Toletano tertio, era. decimaoctaua. Item ex conci. Toletano quarto, era.ii. *Hic p̃dicta repetit & illi aliqua addit.*

Item ex capitulis orientalium partium, quæ Martinus epiſcopus, de Gręco, in Latinum vertit, era.xviii. de ſynodo facienda.

Item ex concilio Calcedonenſi, era.xviii.

Item ex concilio Agathenſi era.xxv. vel xxvi. vel aliud de canonibus, quod metropolitano aptius viſum fuerit, vt legatur. Finitíſque titulis, metropolitanus epiſcopus, cõcilium alloquatur exhortatione, ita dicens. *Metropolitanus ad concilium.*

Ecce ſanctiſsimi ſacerdotes, præmiſsis Deo precibus, fraternitatem veſtram cum pia exhortatione conuenio: & per diuinũ nomen obteſtor, vt ea quę à nobis de Deo, & de ſacris ordinibus, vel ſanctis moribꝰ, vobis fuerint dicta, cũ omni pietate ſuſcipiátis, & cũ ſumma reuerẽtia, pficere intẽdatis. Quòd ſi forſitã, aliquis veſtrũ aliter quã dicta fue-

rint,ſenſerit,ſine aliquo ſcrupulo cōtentionis, in noſtrorū omnium copulatione,ea ipſa, de quibus dubitauerit, conferenda reducat: qualiter Deo auxiliante, aut doceri poſſit, aut doceat. Deinde ſimili vos obteſtatione conuenio, & obſecro:vt nullus veſtrum in iudicando, aut perſonam accipiat, aut quolibet fauore,aut munere pulſatus, à iuſto iudicio ſcienter auertatur,aut diſcedat:ſed cum tota pietate, quicquid cœtui noſtro ſe iudicādum intulerit retractate: vt nec diſcordans contentio, ad ſubuerſionem iuſtitiæ inter nos locum inueniat:nec in perquirenda ęquitate vigor noſtri ordinis, vel ſollicicitudo tepeſcat.

Poſt hanc exhortationem introibunt omnes quicunque fuerint presbyteri, diacones, vel religioſi vniuerſi, ad audiendum doctrinam. Sícque archidiaconus lecturus eſt canonem Toletani concilii vndecimi: era prima. ne tumultu cōcilium agitetur. Quo canone perlecto, concilium Epheſinum ex ordine perlegatur. Deinde collatio pariter & inſtructio, de myſterio ſanctę trinitatis habeatur, ſimúlque & de officiorum ordinibus, ſi in omnium ſedibus eiuſdem celebritatis vnitas teneatur. Pro his quoque cauſis prout ſpacium diei permiſerit, & epiſtolæ Papæ Leonis ad Flauianum epiſcopum de erroribus Euticetis,& myſterio trinitatis, legendæ ſunt. Canones quoque de vnitate officiorum, nec ad aliud aliquid antea tranſeatur, quàm iſta omnia explicentur, ita tamen vt in totos tres dies litaniarum nihil aliud agatur, nec tractetur, niſi ſola collatio de myſterio ſanctę trinitatis, & de ordinibus vel ſacris officiorum inſtitutis, ita vt hæc tota partiantur per totos illos tres dies, vt nihil aliud (ſicut dictum eſt) niſi ſola quæſtio de his quæ prædicta ſunt, habeatur: ita vt lectio ſemper congruens ordini,& cauſæ quæ quærenda eſt, antecedat. Poſt hæc, in quarto die reliquę per ordinem admittédę ſunt, ſicque omnes qui de religioſis in retroactis diebus pro ſpirituali inſtructione interfuerant in concilio, foris egrediantur, reſidentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus probauerit honorandos. Per ſingulos tamen tres dies rogationum litaniarū epiſcopi vel preſbyteri cum ammonitore, primùm orationibus ſe proſter-

Legēda in concilio.

nant. Sícque collecta à metropolitano oratione conſurgant, & de diuinis tãtùm, vt dictum eſt, rebus collationem habeant: in reliquis autem diebus cunctis aſtantibus oratio colligenda eſt: & ſic confidentes cauſarum negotia, iuſtè & religioſè colligant. Nullus tamen tumultus, aut inter confidentes, aut inter aſtantes habeatur. Eodem tamẽ modo, eodémq; ordine ad conſilium omnes per ſingulos dies ingrediantur, quo ſuperius iam permiſſum eſt. Nam & ſi presbyteri, reliqui aut diaconi clerici ſiue laici, de his qui foris ſteterint, concilium pro qualibet re crediderint appellandum eccleſiæ metropolitanæ, archidiacono cauſam ſuã intiment, & ille concilio denũtiet. Tunc illis & introeundi ſingulatim, & proponendi licentia concedatur. Nullus autem epiſcoporum à cœtu communi ſecedat, antequam hora generalis ſeceſsionis adueniat.

Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita vt quæcunque deliberatione communi finiũtur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur: ita tamẽ, vt ante duos vel tres dies, quã ſoluant cõſilium, omnes inſtitutiones à ſe editas diligenti conſideratione retractent, ne in aliquo offendiſſe videantur.

Item, in die quo concilium abſoluendum eſt, canones qui in ſancta ſynodo conſtituti ſunt, coram eccleſia in publico relegantur. Quibus explicitis, reſpondeatur in choro, Amen. Deinde ad locum redeuntes, vbi in concilio reſederint, canones ipſos ſubſcribant. Admonendi quoque à metropolitano ſunt de paſcha vẽturo, quo veniat die. Admonendi etiam ſunt, quo tempore ſuperuenienti anno ad faciendum concilium veniant. Eligendi etiam ſunt de epiſcopis, qui cum metropolitano dies feſtos natalis Domini, & ſanctum paſcha debeant celebrare. Poſt hæc, dicente archidiacono, Orate omnes, ſimul in terra pariter ſe proſternant, vbi diutiſsimè orantes, hanc vnus ex maioribus orationem dicat.

Oratio dicenda in concilii ſolutione.

NVlla eſt domine humanę conſcientię virtus, quæ inoffenſè poſsit tuæ pietatis iudicia expedire, & ideo quia imperfectum noſtrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa quæſumus, quæ perfecto æquitatis fine cōcludere præoptamus. Te in noſtris principiis occurſorem popoſcimus, te quoque in hoc fine iudiciorum noſtrorū exceſsibus adeſſe precamur, ſcilicet vt ignorātiæ parcas, vt errori indulgeas, vt perfectis votis perfectā operis efficaciam largiaris. Et quia conſcientia remordente tabeſcimus, ne aut ignorātia nos traxerit in errorē, aut præceps forſitan voluntas impulerit iuſtitiam declinare: ob hoc te poſcimus, te rogamus, vt ſi quid offenſionis, in hac concilii celebritate attraxim⁹, cōdonare ac remiſsibile facere digneris, vt in eo quod ſoluturi ſumus aggregatū cōcilium, à cunctis primùm abſoluamur noſtrorum nexibus delictorum: qualiter & tranſgreſſores venia, & confitētes tibi ſubſequatur remuneratio ſempiterna. Huic orationi, oratio pater noſter adiūgatur, & cunctis adhuc iacentibus, hæc benedictio explicetur. Chriſtus dei filius qui eſt initium & finis complementū vobis tribuat charitatis, Amē. Et qui vos ad expletionem huius fecit peruenire concilii abſolutos vos efficiat ab omni contagione delicti, Amen. Et ab omni reatu liberiores effecti, abſoluti etiam per donū ſpiritusſancti, felici reditu veſtrarum ſedium cubilia, repetatis illeſi, Amen. Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnū & imperium permanet in ſecula ſeculorum, Amē. Quibus expletis, cum dictū fuerit ab archidiacono, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, eamus cum pace, omnes illico pariter exurgentes, reſidente metropolitano ab ipſo primùm incipiente, oſculum ſibi inuicem omnes pariter dabunt. Sicque data ſibi inuicem pace, conuentus cōcilii abſoluatur.

Oratio diei ſecundæ celebrationis concilii prouincialis.

NOſtrorum tibi domine curuantes genua cordium, quæſumus, vt bonū quod nobis à te requiritur, exe-

quamur, vt prōpta, ſcilicet ſollicitudine gradiētes, diſcretionis arduę ſubtile iudicium faciamus, ac miſericordiā diligentes clareamus ſtudiis tibi placitæ actionis.

Oratio diei tertiæ eiuſdem celebrationis.

AD te domine interni clamoris vocibus proclamātes, vnanimiter poſtulamus, vt reſpectu tuæ gratiæ ſolidati, præcones virtutis tuæ efficiamur intrepidi, tuūque valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

Sanè prædictus ordo deſcriptus ab Iſodoro, qui eius tēporibus in celebrandis conciliis ſeruabatur, fuit poſitus ſuprà, exceptis orationibus intus c.iiii. cōcilii Toleta. quod incipit, villam. Alia verò. cc. de quibus facit Iſodorus mētionē, ſunt in decretis. ſcilicet xviii. c. tertii cōcilii Toleta. ponitur. xviii. diſtinctio. c. vltimo. capitulum martini. ea. diſtinctio. propter eccleſiaſticas. ii. & infrà. xviii. cōci. Calcedoneñ. e. diſtin. peruenit. xxv. c. concilii Agatheñ. e. diſtin. epiſcopus. primum. c. xi. concilii Toletani. v. quæſti. iiii. in loco.

Titulus duodecimus.

De ſortilegiis, diuinatoribus & conſimilibus euitandis & puniendis.

COntinetur népe in penultimo. c. concilii Anchiritani, quòd illi q̄ auguria ſiue ſomnia vel diuinationes quaſlibet ſecundum morem Gentilium obſeruant, aut in domos ſuás huiuſmodi homines introducunt, in acq̄rēdis aliq̄bus arte magica, aut domos luſtrāt, vt cōfeſsi quinimmo pœnitentiā agāt. Et cum dictum ius & conſimilia extra de ſortil. & xxvi. quæſtio. i. ñ. iii. &. v. non ſeruētur, videretur vtile, quòd prouideretur per cōcilium, quòd prędicta iura ſeruarentur, & quòd omnia philateria & ſortilegia, quibus mundus infectus eſt, tollerētur: ſicut etiā con- *Sortilegiis puniē dis.*

de quorũ pœnis latè traditur ĩ tractatu Malleus maledict⁹

tinetur in xxxv.c.conſilii Laodicẽſis,& in vigeſimoquinto.cap.concilii Aurelianenſis, poſito.vigeſimaſexta quæſtione quinta,ſi quis clericus.& in vigeſimooctauo capitulo quarti concilii Toletani, in tertio Concilio Bracharẽ. quinquageſimonono & ſexageſimo capitulo,& etiam ſeptuageſimoſecundo,tertio & quarto.

Titulus tertiuſdecimus.

De ætate presbyterorum & aliorum promouẽdorum in eccleſia Dei, *etiam ad* Cardinalatum.

AEtas ad ꝑmotionẽ ſacrorum ordinũ hı̃c ponitur.

CVm in xi.c.cõ.Neoceſariẽ.quod incipit, presbyter. ſtatutũ fuerit, quòd presbyter ante xxx.annorũ ætatem nõ ordinetur,quamuis ſit probabilis vitæ. Sed obſeruetur vſque ad præfinitum tempus : quia trigeſimo anno dominus baptizatus eſt : & tunc prædicauit. & cum à dicto conſilio poſito. lxxviii. diſtinctio. presbyter ante.trigeſimũ anum,& ab aliis iuribus,eadem diſtinc. poſitis,recedi non debeat,niſi neceſsitas id expoſcat, ſecundum Zachariam Papã.xxv.an.presbyteri ordinari. ea. di.ſi xxx. videretur conſiderandum,ſi eſſet vtile, dicta iura ſeruari, propter periculũ fornicationis, quæ nec vnquã ante dicta tẽpora contrahitur,& poſtmodũ excipiatur.de præſump. cùm in iuentute. Et ꝙ ætas conſtituta in epiſcopis & etiã regula apoſtolica in promotione cardinalium ſeruaretur. quidem videretur vtile,quòd leuitę & virgines ante.xxv. annos non conſecrarentur,ſicut continetur in iiii.c.iii. cõci.Cartaginen.& in aliis conciliis & iuribus.xx. quæſtio. i.§.tempus.cum quatuor ſequentibus.In primo autem capitu.iii. conci. Arelateñ.continetur, quòd diaconus ante vigeſimũquintum, & presbyter ante trigeſimum annos,non ordinentur.Item in decimooctauo,& in decimoſexto cap.concilii.Agatheñ. & in decimonono cap.quarti cõci.Toletani.& in vigeſimo canone.iii.concilii Bracharẽ.

Titulus decimuſquartus.

De vii. diaconibus conſtituendis, & in qualibet ciuitate.

CVm vltimũ. c. dicti conſilii Neoceſarien. dicat ꝙ ſeptẽ ſint diaconi in qualibet ciuitate, ſecũdum quòd liber apoſtolorũ inſinuat, quod c. ponitur. xciii. diſt. Diaconi qui. & c. diaconi. in vii. & aſſumiĩ ex actib' apoſtolorum. c. vi. & alia iura conſimilia nõ ſeruantur. Videtur conſiderandũ, an expediret dicta iura ſeruari, vt cult' non diminueretur diuinus, quem expedit ampliari. de reſcrip. quia per ambitionẽ. libro ſexto. Ad hoc concordat ſeptuageſimus ſeptimus titu. infrà poſitus. Et quòd prouideretur quòd in Romana eccleſia, quæ caput eſt aliarum, & in cathedralibus & aliis, officia cum deuotione & ſolẽnitate debita & ſolita agerentur. Et inſuper ordinarentur certi miniſtri electi, ſufficientes & approbati qui in maioribus altaribus eccleſiarum cathedralium deſeruirẽt. Cùm interdum tales ponantur qui ſunt in ſcandalum populi & deriſum.

Titulus decimuſquintus.

De clericis presbyteris alterius regionis linguarũ, & eccleſiæ nõ recipiẽdis, nec promouendis in alienis regnis & eccleſiis, niſi ibi eligant manſionem, quandiu alii ſufficiẽtes reperiantur in regnis, ciuitatibus & eccleſiis propriis.

CVm in penultimo capitulo Neoceſarien. contineatur quod presbyteri conregionales præſentibus epiſcopis vel presbyteris ciuitatis non miniſtrent. Et in concilio Niceno c. xvi. poſito, ſeptuageſimaprima diſtinctione. clericos. contineatur, quòd clericos in ſingulis eccleſiis conſtitutos non liceat in alterius ciuitatis ordinari eccleſiis, ſed quieſcat quis in eccleſia in qua ab initio miniſtrare meruit. Et per Celeſtinum Papam cõſtitutum fuerit, quòd de altera ciuitate nõ eligatur epiſcopus, ſi de ciuitatis ipſius clero inueniatur idoneus: quia primo reprobãdi ſunt illi anteq̃ alii de alienis eccleſiis præferãtur. Cũ

Promouẽdi ad dignitates & beneficia ſũt de ciuitate nõ alieni.

vnuſquiſq; ſuæ militię fructum in illa eccleſia recipere debeat,in qua per omnia officia trãſegit ætatem: nec in aliena ſtipendia alter rapere debet, nec alii debitam alter ſibi audeat vendicare mercedem. Et ſi contrarium factum fuerit,facultas detur per do. Papam clericis renitẽdi ſi ſe viderint ꝑgrauari,& refutari quẽ ſibi ingeri viderint ex aduerſo non timeant:& per eũdem Celeſtinum ſtatuatur,quòd peregrini & extranei, & qui antè ignorati ſunt,non præferãtur his qui in ſuis eccleſiis enutriti ſunt:& quòd per eos non excluderentur illi qui ſuorum ciuiũ bonum merentur habere teſtimonium,lxi. diſtin. nec emeritis. & ca. nullus. Et ſecũdum quod Greg. ſcribit ciuibus Neapolitanis,graue ſit opprobrium cuiuſlibet cleri, ſi in eo non reperiatur idoneus ad ipſum gubernãdum. ea diſtinctione. ſtudii. Et idem Grego. ſcribit in regiſtro, vt nullus de altera eccleſia eligatur in eccleſia Panormitana, niſi fortè (quòd non credit) in illa eccleſia non reperiatur idoneus. eadem diſtinct. c. obitum. Pelagius etiam Papa eadem diſt. Cathinen. mãdat in dicta eccleſia Cathinen. de clero ipſius pontificem eligi. Innocent. Papa etiam ſcribit ext. de elect. cùm inter canonicos. quòd pro electione, non debet ad aliam eccleſiam fieri trãſitus,donec reperiatur idoneus in eccleſia ꝓpria. Et in concilio generali per dictum Innocen. iii. celebrato eodẽ tit. c. ne pro defectu cõtineatur expreſſè quòd eccleſię viduatę prouideatur de perſona idonea ipſius eccleſiæ ſi ibi reperiatur. Et in concilio Stephani Pap. lxxix. diſtin. oportebat. & cap. nullus. contineatur quòd de propria eccleſia eligatur. Et idem etiam ſcribitur per Gregor. xix. quæſti. iii. nullus abbas. dictus etiam Papa Innocenti. ſcribit de poſtulatiõe. bonę memo. ii. §. vl. quòd Strigonẽ. eccleſia in Vngaria poſita nolebat preficere alienum à regno,nec aliquem cuius non haberet notitiam ſalua conſcientia ſua. Et Leo Papa ſcribit lxii. diſt. cap. i. quòd nulla ratio ſinit vt inter epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi,nec à plebibus ſunt expetiti,nec à comprouincialibus epiſcopis cum Metropolitani iudicio cõſecrati. Et legatur in Leuiti. quòd licet Dominus de conſtituẽdo Ioſue principe ꝑcepiſſet,& eum elegiſſet,tamen conuocatur

ſinagoga, vt dicit Hieronymus. Exponit nobis intelligi, q; in ordinādo ſacerdote, etiam populi ſententia requiritur, vt ſciant omnes & certi ſint, quia qui prçſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminētior, ille eligatur ad ſacerdotium. viii. q. i. licet. & c. ſi ergo. Nam vt idem ait, nulla cōſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio facere debet hoc, quod populi gubernatio tradatur, niſi meliori.

Ex prædictis vtiq; & conſimilibus iuribus tractantibus, quod nullus in eccleſia vbi duo vel tres in congregatione fuerint, niſi eorū electione canonica presbiter eligat: quia ad capitulū vel conuētum de iure cōmuni ſpectat electio, ext. de electio. c. ſuper. de iur. patro. nobis. xvi. q. vlti. congregatio. xviii. q. ii. Abbatē. & ii. cap. ſequēt. videretur per ſancti prouidētiam conſilii conſiderādum, ſi expediret vniuerſali eccleſiæ ſupradicta obſeruari. Nam ex hoc prouideretur eccleſiis & pſonis, & in magna parte videretur ex hoc poſſe ſtatus vniuerſalis eccleſiæ (ſi diligēter aduertat) ſalubriter gubernari: & qualiter, & de quibus, cathedralibus & collegiatis & aliis eccleſiis prouideretur: & quis fructus cōſequeretur quo ad curā animarum, obſequiū, & defenſionem eccleſiarum, & diſpēſationem reddituū qui deberent inter pauperes locorū diſtribui ex pdictis. Ad prædicta concordāt ii. & iii. cap. conci. Bracharen. & penult. c. concil. Taurinatis, in quo ſtatutū fuit ſecūdum priora ſtatuta canonum, vt nemo clericum alteri⁹ ſuſcipiat, neq; ſuę eccleſiæ in aliquo gradu ordinare habeat, & neq; vt abiectum in cōmunionē recipiat, & viii. & ix. cap. concilii Auraſico. concordāt. In vlt. etiam cap. concilii Valētinen. ſtatutum fuit, quòd nullus alienum clericum ſecundum decreta canonū ſine cōſenſu ſui epiſcopi ordinare audeat, nec vllum etiā ſanctorū ſacerdotum qui iocalem etiā futurum primitus nō ſpopondiſſet, vt per hoc nullus à regula vel diſciplina eccleſiaſtica deuiare permitteretur impunè, & in xii. cap. primi concilii Toletani continetur, vt nullus clericus ab epiſopo ſuo recedat, & ad alium ſe transferat. Idē in c. ii. ii. conci. Toleta. Idem in ii. conci. Bracaren. lvi. hoc autem nō ſeruatur à Romana curia, & à presbyteris

Fructus ex electione prælati propriæ prouinciæ hîc ponūtur.

prælatis qui curas animarum & prælationis cõmittunt talibus, qui nec ſubditos intelligunt, nec intelligũtur ab eis.

Titulus ſextuſdecimus.

De epiſcopis ne in alienis diœceſibus uel prouinciis inmorentur, neque poſſeßiones ibi habeãt, relictis propriis ciuitatibus & diœceſibus abſque iuſta & rationabili cauſa, & ultra tres ſeptimanas ſe nõ abſentent ab eccleſiis corũdem.

Vbi morari habẽt epiſcopi & presbyteri.

IN xvii. xiiii. & xv. cap. Sardiнẽ. conci. continetur, ꝙ epiſcopi in aliis prouinciis nõ morentur, & ne poſſeſsiones in aliis prouinciis acquirãt, & penu. c. eiuſdẽ cõci. de pſbyteris & clericis, vt vltra tres ebdomadas, ſicut & epiſcopi, in aliis prouinciis nõ morẽtur. Vnde cũ ex hoc ſubſequantur pericula animarũ, & eccleſiarum, videretur vtile, quòd dicti canones reuocarẽtur, niſi iuſta cauſa ſubeſſet, ſicut in vl. c. dicti Sardicẽ. cõci. cõtinetur. Et ad idẽ cõcordat iii. c. cõci. Antiocheni, quod incipit, ſi qs presbiter. in xx. etiã c. conci. Calcedonẽ. cõtinetur, quòd clericis in alienã ciuitatem trãſmigrare non liceat, niſi pro perſecutione vitãda, & in xxiii. c. eiuſdem conci. ii. continetur, quòd clerici & monachi excommunicentur, qui prẹter epiſcopi ſui volũtatem, ad regiam vrbem acceſſerunt.

Titulus ſeptimuſdecimus.

Ne epiſcopi uel clerici accedant ad curias principum ſine licentia, & literis concilii prouincialis.

CVm in x. c. cõcilii Antiocheni, quod incipit, ſi qs epiſcopus. cõtineatur, ꝙ ſi quis epiſcop⁹, vel presbyter, vel omnino qui eſt ſub eccleſiaſtica regula cõſtitutus, ꝑter conciliũ, vel literas eorum qui ſunt infra prouinciã, & maximè Metropolitani, ad Imperatorem perrexit, quòd abdicetur & eiiciatur à cõmunione, & à propria dignitate. Sed ſi neceſsitas cogit eum ire, quòd vadat cum deliberatione & cõſilio Metropolitani, & epiſcoporũ ipſius prouinciẹ, & hoc ſit ſatis conſonũ aliis iurib⁹. vt xxi. q. v. quaſi per totũ. Conſiderãdũ videt̃ ſi expediret iura huiuſmodi obſeruari.

Titulus octauuſdecimus.

De Neophitis, & indignis, & inſufficientibus, & clauſtralibus non promouendis ad eccleſiaſticos gradus & cardinalatus. Et quòd nulľ etiam fauore eccleſiaſtico uel regio promoueatur, nec aliquis qui neſciret illa quæ pertinēt ad officium ſuum, & quòd etiam nulli niſi doctores, in epiſcopos, archiepiſcopos, & cardinales promoueantur.

CVm in tertio capit. concilii Laodicenſis contineatur ſecūdum vlti. cap. apoſtolicæ regulę, quòd Neophiti non promoueantur, per quos ſecūdum Gregorium intelligere poſſumus, qui repente in clericatus, vel in religionis habitu ſunt plantati, & ad ambiendos honores eccleſiaſticos anhelant: vt xlviii. diſti. ſicut. Et dictum concilium ſit conforme primo cap. ii. conci. Arelatenſis, & aliis conſimilibus iuribus: vt eadē diſtinct. per totum. lix. diſtin. per totum. & lxi. diſtinct. in octo primis cap. & conci. Bracharē. in quibus quidem conciliis & iuribus continetur, quòd ex laicali ſtatu & ex gradib⁹ eccleſiaſticis inferiorib⁹ nō promoueantur ad ſuperiores gradus quouſque in prioribus & minoribus legitimè fuerint comprobati. concordat xxi. c. iterato concil. Bracharen. *Neophiti qui dicantur.*

Conſiderandum videtur, ſi expediret vniuerſali eccleſiæ dicta capit. & iura obſeruari. nam certum eſt ſecūdum Gregorium, quòd tales prælati perſonæ eccleſiaſticæ repente eleuatæ, & per ſingulos gradus non probatæ, ſunt ſicut de nouo ædificati parietes, qui non prius tignorum pondus accipiunt, niſi fortè nouitatis ſuę humores ſiccentur. Et ſi antequam ſolidentur pondera accipiant, cūctam ſimul ad terram deponunt fabricam. Vnde verendum eſt, quòd fabrica eccleſiæ ſuper tales columnas poſita, concuſſis ipſis columnis, corruat, ſicut dicitur in concilio generali per Innoc. de accu. qualiter & quando. Et quòd tales ſecūdum dictū Greg. etiā caſum appetant, quia ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradib⁹ per abrupta petūt aſcēſum. Hæc nēpe eſt prohibitio Apoſtō. i. Thim. iii. c. & eſt ratio prohibitiōis, ne taliter, & ſic repēte, pmotus ad honores & *Per parietes nouos ſignificantur ut hic ponitur.*

eccleſiaſticos gradus in ſuperbiam & ruinam diaboli inci-dat. Momentaneus nanque ſacerdos neſcit humilitatẽ ſeruare, modos perſonarum vel ſe continere. Talis enim non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, nõ pauperibus erogauit. Nec dubium quin incidant in arrogantiã, quæ eſt ruina diaboli: qui imprompto ore nõdum diſcipuli fiunt magiſtri. Et ſicut Innoc. ait, miſerũ eſt enim eumq; fieri magiſtrum, qui nunquã fuit diſcipulus: eum ſummum ſacerdotem, qui nullũ gradũ vnquam aſſequutus fuerit ſacerdotis. lxi. diſt. miſerum. lix. diſt. ordinatos. Nónne ſcribit Paulus ad Timoth. v. c. manus citò nemini impoſueris. Et quid eſt (vt Leo Pa. ait) manus citò imponere, niſi ante ætatis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalẽ, pontificatus & cardinalatus honorem tribuere nõ probatis? Et quid eſt cõmunicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis eſt ille qui non meruit ordinari? ſecundũ dictũ Leonem lxxviii. diſt. quid eſt. Et ſecundũ eundẽ, Quòd paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ concedatur & committatur indignis, & lõgè extra ſacerdotale meritum conſtitutis, non eſt conſulere populo, ſed nocere: nec eſt præſtare regimen, ſed agere diſcrimen. Et ſicut boni operis ſibi comparat fructũ, qui rectum tenet in eligendo & præficiendo ſacerdotẽ, iudiciũ, ita graui ſemetipſum afficit damno qui ſublimat indignũ. Non eſt enim in cuiuſcunq; perſonam præmittendũ, quod in ſtatutis generalibus cõtinetur. Nec putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerit contra præcepta diuinæ legis collatus: meritò patrum noſtrorum venerabiles ſanctiones (cùm de ſacerdotum electione loquerẽtur) eos demum ſacris adminiſtrationibus idoneos eſſe aſſeuerarunt: quorum omnis ætas à puerilibus exordiis vſq; ad perfectionis annos per diſciplinas eccleſiaſticas cucurriſſe, vt vnicuique teſtimonium prior vita præberet. Nec poteſt prædictis ſeruatis de eius promotione dubitari, cui pro laborib⁹ multis, pro moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis celſioris loci premium debetur. Si enim ad honores mundi ſine ſuffragio tẽporis, ſine merito laboris indignum eſt perueniri, & notari ambitu, ſolẽt hi quos probitatis

Manus citò imponere quid ſit.

Qui ſublimat indignũ quale ſuſcipiat pmium hic ponitur.

bitatis documenta non adiuuant, quàm diligens & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum & cœleſtium dignitatum?lxi.diſtinctione, miramur.

Aduertat obſecro vicarius Ieſu Chriſti & ſacri prouidẽtia concilii, Si generalis ſtatus eccleſiæ non ſubuertitur, quia regula de promouendis ad ſacerdotium & pontificatum tradita per apoſtolũ,prima epiſtola ad Thimothe.iii. ca.ad Titum i.c.non ſeruatur.Nẽpe ſi aduertatur ad exẽptionem.xiii.ca. dictæ regulæ apoſtolicę,traditæ à ſanctis conciliis,& ſanctis patrib⁹ proſecuta: in decretis à xxv.diſtinct.vſque ad xii.c.& ad concilium Carthagineñ.poſitũ xxiii.diſtinctio.Epiſcopus.de ſufficientia pro mouendorũ ad regimen eccleſiæ & ad illa quæ modernis tempotib⁹ in vniuerſali eccleſia tam in capite quàm in membris obſeruantur.Penſando quàm nautę & nauigio deferendis eadẽ ſubeſt periclitandi neceſsitas,ſicut dicitur in exhortatione promouendorum : & quòd ſecundum euangelicam veritatẽ Matt.xv.& Lucę xvi.c.ſi cæcus.ſcilicet,prælatus cęco populo qui ducẽdus eſt,& non ſequẽdus,dũcatũ præbeat, ambo in foueam delabuntur,flere magis q̃ ſcribere libet.

Aduertat cõcilium.

Eadẽ ſubeſt periclitãdi neceſſitas naute & nauigio defe rendis.

Et quamquam ſecundum fragilitatem noſtri tẽporis in aliquibus mitigationẽ recipiat diſcretionis cẽſura illius tẽporis.xxxiiii.diſt.fraternitatis.& difficile ſit in quo conuẽniat.xiii.c.dictæ apoſtolicæ regulæ reperire.vt ſcilicet ſint ſine crimine,vnius vxoris viri,non vinolenti,prudẽtes, ornati,hoſpitales,pudici,doctores,non percuſſores,non litigioſis non cupidi,domui ſuæ bene præpoſiti,& non neophiti,Nihilominus tamen ſeruari deberet dictum Hieronymi, vt licet res pene contrà naturã ſit,q̃ũod ſine peccato aliquis inueniatur:quòd ſaltem talis aſſignaretur ad regimen & curã animarũ, cuius cõparationẽ grex cæteri dicerentur.xxv.diſtin.§. nomine autẽ criminis.lxi.in ſacerdotibus.quia ſicut ait etiam Symmachus, Papa viliſsimus cõputandus eſt, niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore pręſtantior.i.q.i,viliſsimus. Sed ſecundũ Leonem Papam,ſi in laicis eſt intolerabilis inſciẽtia,multomagis in his qui præſunt, nec excuſatione eſt digna, nec venia.xxviii.diſt.ſi in laicis. Ignorantia enim mater eſt cunctorum

Viliſſim⁹ eſſe quis dicatur.

errorum. Et ideo in ſacerdotibus Dei, qui in populo docẽdi ſuſceperunt officium, maximè eſt vitanda, ſicut habetur in iii. conci. Toletano. & xxxviii. diſtinct. cap. i.

Non promouẽdi in eccleſia dei

Suſtinenda enim ſunt ſacerdotii eloquia diuinitus tradita, id eſt, vera diuinarum ſcripturarum diſciplina. xxxviii. diſtinctione. omnis. ſicut magnus phibet Dionyſius, Hinc enim ſuperna voce dicitur ad Moyſen in Leuitico. xxi. ca. Loquere ad Aaron. Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam, nõ offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. vbi repẽte ſubiungitur. Si cęcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo & grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi gibboſus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem habens in corpore, vel ſi eſt hernioſus. Quæ moraliter exponuntur per Gregorium in paſtorali. & xlix. diſtinctione, hinc & enim. ad oſtendendum qualiter ignorantes, indiſcreti, ambitioſi, & criminoſi non ſunt admittendi ad eccleſiaſticos gradus, vnde dominus Malachie. i. ca. ad hoc conquerẽs dicit. O ſacerdotes qui deſpexiſtis nomen meum, ſi offeratis cæcũ ad immolandũ, nónne malũ eſt? ſi offeratis claudũ & languidũ? quod exponẽs Hieronym⁹ dicit, quòd cęcum animal offert, qui ordinauit indoctum in locum docti: magiſtrũque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat in dignitate, vt pote pedem in diuerſa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. cui poteſt inferri illud tertii lib. Regum decimo octauo capit. Vſquequo claudicatis in partes duas? Languidum offert qui vitioſum habet pro religioſo: quíque tardum & pigrum probat patientem, dicens illum negligentia redarguendum; Non pẽſans quòd indignum eſt dare deo, quod dedignatur homo. xlix. diſtinctio. cap. vltimo. In euangelio autem Ioannis. i. c. dicitur, quòd dedit poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

Cæcũ animal dicitur indoctus loco docti poſitus.

Aduertat itaque quiſque ſe filium eſſe ſanctorũ, ſi hæres eſt in tenenda terrena hęreditate ſanctorum: quia ſicut ait Hieronymus, Non ſanctorum ſunt filii qui tenent loca

ſanctorum, ſed qui exercent operá eorum. xl. diſtinctione. Non eſt facile, ſtare in loco Petri, & Pauli, & tenere cathedram regnantium cum Chriſto. Idem etiam ait. Quòd ſi filii Dei ſumus: quod ipſe fecit nos imitari debemus. lvi. diſtinctione. dominus. præfertur enim imitatio operis pro pagini carnis. xxii. quęſt. ii. §. Item opponitur. Vnde & Iudęi cùm eſſent filii Abrahæ, tamen dicũtur filii diaboli cuius filii ſunt, non naſcendo, ſed eius opera imitando. Et ideo Ioan. viii. c. à Chriſto eis dicitur. Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: vos autem quęritis me interficere hominem qui vera locutus ſum vobis: hoc Abraham non fecit. vos ex patre diabolo eſtis qui deſideria patris veſtri facere vultis. Et contra, gentiles ſecundum originem carnis cùm ab Abraham eſſent alieni, tamen imitatione fidei & iuſtitiæ ſucceſſerũt in filios Abrahæ. vt ibidem. & i. quæſt. i. cito turpem. ad finem. & de pœniten. diſtinctio. i. omnis. Vnde cùm in iſtarum promotione maximum in eccleſiá Dei immineat periculum, cautius videretur prouidendum ſecundum concilium Ioannis Chriſoſtomi in epiſtola ad Hæbreos. & xlii. diſtinctione. quieſcamus. vii. q. ii. ca. vlti. extra de electio. vbi lib. vi. ff. de Carboniano edic. ſ 1. §. ii. contra prædictos qui non ſunt inſtructi in his quę in quotidiano verſantur vſu, inuehitur. viii. diſputatio. vii. concilii Toloſani in. iiii. autem. ca. x. concilii Toloſan. habetur quòd epiſcopi qui eccleſiaſtica beneficia ꝓpinquis ſuis indignis contulerint, puniantur, excommunicẽtur, & beneficiis ſuis priuentur. In vii. diſciplinam ſubeant homicidii notam. & concordat. xliii. diſtinctione. ſit rector.

Filii ſanctorum.

Filii diaboli.

De prædictis etiam videretur, quod clauſtrales non ponerentur ad prælationem, cùm nõ habeant experientiam temporalem. xxxix. diſtinctione. per totum. Et declararetur quæ ſciẽtia eſt in ſingulis gradibus requirẽda: & quod nullus carracteretur epiſcopus, niſi eſſet doctoratus in theologia, vel in iure: quod nullus etiam fauore regio promoueretur. xvi. quæſtio. vii. ſi quis deinceps. nec aliquis qui prius neſciret illa quæ pertinent ad officium ſuum.

Nõ caracterendus epiſcopus.

Titulus XIX.

De pſalmis & lectionibus in officio eccleſiaſtico tractim, deuotè, & ordinatè, ac intelligibiliter horis cōpetentibus di cendis, & ut omnibus diebus oratio dominica dicatur ante ſingulas horas, cũ Aue Maria. & de abbreuiãdo ipſum ubi eſt nimis prolixũ. Et quòd eccleſiæ, & in eis miniſtrantes ornamentũ habeant taliũ ornamentorũ & aliorũ ueſtimen torum cōdecentiũ & ꝙ reijciatur inordinatus cãtus, & ꝙ ſemel ĩ ebdomada ſolẽniter celebraretur officiũ mortuorũ.

IN xv. & xvi. c. concilii Leodiceñ. continetur quòd pſal mi in eccleſia paſsim non legantur, ſed ordinabiliter: & quòd euangelia diſtinctè legantur. Cùm hoc in Dei ec cleſia regulariter non ſeruetur: quia cũ confeſtinatione le gitur & cãtatur & cũ barbariſmis, ſicut ait Augu. in lib. de cathecizandis rudib⁹, & xxxviii. diſt. ſedulo. videtur ſuper hoc prouidendũ. Cùm aliqui religioſi & alii ita propere di cant, quòd intelligi nõ poſſunt, & dicerent horis cōpeten- tibus intra eccleſias cathedrales, cōuentuales, & parochia- les. & quòd lectiones quæ nimis ꝓlixæ ſunt, & aliæ quæ di centes & audientes tedio afficiũt, abbreuiarentur. & quòd miniſtri eccleſiæ & altaria haberent cōuenientia veſtimẽ- ta & etiã ornamẽta. Et videretur valde honeſtũ eſſe, quòd ante ſingulas horas dicerent, Pater noſter. & Aue Maria. licet in ix. & vlti. c. concilii generalis Gerundeñ. nõ con- tineatur quòd oratio dominica à ſacerdote proferatur, niſi poſt matutinas & veſperas. Et inſuper ꝙ cantus indeuoti & inordinati motetorũ & ſimilium non fierẽt in eccleſia, cùm reprobetur. xcii. diſt. cãtores. Et ꝙ in qualibet ebdo- mada ſolenniter celebretur officiũ mortuorũ, tam matuti- nali tẽpore ꝙ populus ad opera ruralia exercenda ire poſ- ſit, & ꝙ hęc prædicẽtur in eccleſia dieb⁹ dñicis & feſtiuis.

Titulus vigeſimus.

De ſymonia & de exactionibus quæ in Romana *curia & alibi pro uotis requiruntur, quæ fiunt per epiſcopos & cu*

rias eorundem & ſub prætextu ſigilli eorum & iuramenti in communitatibus.

CVm in ii.ca.Calcedoneñ. concilii cõtineatur, quòd ſi quis epiſcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit,& ſub pretio deduxerit impreciabilem gratiã,atq; ordinauerit per pecunias quẽlibet de his qui in gradu eccleſiæ connumerantur,vel defenſorem.quòd de hoc conuictus,ſubeat gradus ſui periculum:& ſi promotus perdat promotionis ſuę fructum:quòd ſi mediator clericus fuerit, à ꝓprio gradu decidat.Si vero fuerit laicus vel monachus, quòd ſit anathena. Et prædictum cõcilium eſt poſitũ.i.q.i.ſi quis epiſcopus.& tota.i.cau. & tit. de ſymonia.in quibus agitur de dicta ſymonia & in nouo & veteri teſtamẽto à conciliis & Romanis pontificibus deputati non ſeruentur,& maximè in curia Romana, in qua etiam cœtus dominorum cardinalium vult habere vnà cum domino Papa certam portionẽ à prælatis qui promouentur ibidem: videretur ſuper hoc maximè prouidendum.Nam hæc hæręſis maximè corrumpit eccleſiam vniuerſalẽ & vniuerſos populos:Et prouiſa iam remedia pro nihilo reputãtur. Et cùm in curia Romana publicè contrarium fiat, acſi nõ eſſet peccatum committere ſimonſiam,vel ſi dare vel accipere pòſt,non eſſet idẽ ſicut dare vel accipere antè.i.q.i.eos, & c.ſi quis præbendas.& c.ſi quis obiecerit.ead.cau.q.iii. ſaluator.Ex quo prouenit(ſicut Grego.Frãcorum Regibus ſcribit)quòd fides deperit. Nam cùm fides ſine operibus mortua ſit,ſicut habetur in canonica beati Iacobi.ii.c. Et fides cum vita ſit eligenda in ſacerdotibus & miniſtris ſi vita defuerit,fides meritum non habet.Quæ autem vita & quæ opera eſſe valeant ſacerdotis qui honores tanti ſacramenti per præmiũ conuincitur obtinere. Hinc non ſolùm in ordinatoris & ordinati animã letale vulnus infligitur, verũetiam reipublicæ regimen ex taliũ culpa,quorum intercesſionibus magis iuuari debuerat, prægrauatͣ.Si enim dignus is ſacerdotio creditur,cui nõ actionis merita,ſed p̃miorum copia ſuffragatur. Reſtat vt nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas,nil ſibi defendant induſtria.Sed totum auri ꝓphanos amor obtineat,& dũ vitiat honor re-

Pena ꝓmoti ꝑ ſimoniam & ꝓmonentis.

Symonia hæreſis eſt

muneratur in locũ vltoris, is fortaſſe qui fuerat vlciſcend⁹, adducitur: atq; hinc ſacerdotes nõ proficere, ſed perire potius iudicãtur: vulnerato nãq; paſtore, quis curãdis ouibus adhibet medicinã? aut quomodo populũ clypeo orationis tueatur, qui iaculis hoſtium ſeſe feriendum exponit? Aut qualẽ fructum de ſe producturus eſt, cui graui peſte radix infecta eſt: maior ergo metuenda eſt loci illius calamitas, vbi tales interceſſores ad locũ regiminis adducũt: quia tales ſimoniaci, Dei in ſe magis iracundiam prouocãt, quàm p ſemetipſos placare debuerãt. i. q. i. fertur. Cuius ratio eſt quia interceſſores qui pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt vt eius gratiã bene viuendo mereantur. Vnde idẽ Gregorius in paſtorali ait, ſollicite formidandũ ne qui placare irã Dei creditur, hãc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cuncti etenim loquendo nouimus, quia cùm is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Vnde talis ſimoniacus qui deſideriis terrenis aſtringitur, caueat ne diſtricti iram iudicis grauius accendens, dũ in beneficio eccleſiaſtico quaſi in luto delectatur: nec locum regiminis eccleſiaſtici aſſumere audeat, ſi ambitionis & ſimoniæ in ſe vitium dãnabile regnat, nec talis quem crimen deprauat propriũ, interceſſor pro culpis fieri appetat aliorum. Scriptum quippe eſt Prouer. xv. Victimæ impiorum abominabiles: vota autem iuſtorum placabilia. & in Pſal. xlix. Peccatori autẽ dixit De⁹. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ p os tuũ? xlix. diſt. §. iii. iii. q. vii. §. itẽ diuina. & c. itẽ in grauibus. Cũ eñ talis ſimoniaci vita, q̃ latere nõ poteſt, deſpiciatur, reſtat ſecundũ Greg. vt eius prædicatio contẽnatur. vt ibidẽ. Nõnne memor debet eſſe vicarius IeſuChriſti exemplorũ eiuſdẽ? qui (quãquã adeò ſapiẽs) cùm percuteret, nõ percutiebat: cũ malediceret, nõ maledicebat: cùm pateret, nõ cõminabatur. Luc. vi c. xlv. diſt. epiſcopũ. Si tanquã ouis ad occiſionẽ ductus eſt. Eſaiæ. liiii. tamẽ quia Zelus dom⁹ Dei comedit eum. ſicut dicitur in Pſal. lxviii. flagello facto de funiculis, omnes ementes & vendentes columbas (per quos ſimoniaci deſignãtur) de templo eiecit, & mẽſas nũmulariorum & cathedras vendentium columbas euertit,

Interceſſores quales eſſe debeãt

Victimæ impiorũ abominabiles: & vota iuſtorũ placabilia.

dicens: domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Si igitur exemplum patientiæ Ieſus Chriſtus ſimoniacos de tẽplo eiecit, & eos latrones vocauit: & cathedras ſimoniacorum euertit, quis eſt qui in eccleſia Dei audeat introducere tales? Et ſi Chriſtus eorum euertit cathedras, quis eas erigere audeat? Si Chriſtus ſymoniacum vocat latronẽ, quia per aliam portam, id eſt, per ſymoniã aſcendit. Sicut ipſe idẽ ait Ioan. x. & ſicut Augu. exponit. xxiii. q. iiii. tres pſonas. quis eſt tam temerarius qui talẽ latronẽ ſymoniacũ qui cauendus eſt, audeat recipere & præficere vt paſtorẽ, niſi q ſe vult aſtruere antichriſtũ eius quod Chriſtus fecit & docuit facere, & dogmatizare contrarium. Ad hunc titulũ facit x. titulus huius partis: vt hi qui baptizantur, & qui ad confeſsionẽ accedũt nihil ſoluãt: & quod ꝓ ſepulturis nihil recipiãt, nec ꝓ aliis ſpiritualib⁹. Ad idẽ cõcordat. iiii. c. vi. cõcilii Tole. & ii. di ſpu. vii. cõc. Tole. q̃ ponit nomine Ambroſii. i. q. i. ad hoc faciũt. vii. & viii. c. conci. Toleta. Itẽ cũ à prælatis & curiis eorundem, pro ſigillis, correctionibus & aliis multæ fiant exactiones, vt extra de cenſibus & exactio. ſuper hoc eſſet prouidendũ. Et inſuper vt dictis dñis cardinalibus aſsignarẽtur redditus de quib⁹ abſq; exactionibus viuere poſſent.

Chriſtus ſimoniacos de templo eiecit.

Titulus vigeſimuſprimus.

Ne quis in duabus præbendis, uel eccleſiis intituletur, ſed ſingula officia & beneficia ſingulis conferantur perſonis cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant.

CVm etiam in x. c. concilii Calcedoneñ. cõtineatur ꝙ non liceat clericum in eccleſiis duarum ciuitatũ ordinari: & ꝙ ſi clericus iã trãſlatus fuerit ab aliã in aliã eccleſiam nihil commune habeat cum priore: & ꝙ facientes cadant à proprio gradu. Et prædictũ conciliũ ſit cõforme aliis conciliis & iuribus, & ſpecialiter ſynodo hăbite Placentiæ, in qua Vrbanus Pa. affuit. xxi. q. ii. ſi quis iam tranſlatus. & per Innocentium tertium extra. de conceſsio. præben. literas. & ad idẽ de electio. cùm in cunctis. de preben. de multa. Et in dicta ſynodo exp̄ſſe dicatur, ꝙ null⁹ poſsit

eſſe canonicus prębendatus, niſi in vna eccleſia. Et cõtrarium fiat in eccleſia Dei: quia vni perſonę præbẽdę multæ & multa beneficia, & multæ dignitates & perſonatus cumulantur. Potiſsimè ſi de prę eſſentium eccleſię Dei parẽtela exiſtant. Et ex hoc paret generale pręiudiciũ vniuerſali eccleſię, quæ debitis officiis & obſequiis, rectorib⁹, adminiſtratoribus & defenſoribus defraudatur: eleemoſynę ſubtrahũtur, perſonę eccleſiaſticę ſic ditatę in ſuperbiã efferuntur. Et ſecundũ quod dicitur Prouer. i. ca. eorũ proſperitas perdit eos, & diſſolutionis materia ex hoc præſtatur eiſdem, & inſolentię variæ oriũtur: cultus diuinus qui augeri debuerat, minuitur: & officiũ, propter quod datur beneficium, omittitur, & infinita alia mala ſubſequuntur. Videretur perquam eſſe vtile eccleſiæ ſanctæ Dei, vt dominus Papa & cęteri inferiores, & totũ cõciliũ acquieſcerẽt beato Greg. ſup hoc ſcribẽti omnibus epiſcopis in hũc modũ. Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis qbuſq; pſonis ſigillatim cõmitti iubem⁹. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autẽ mẽbra nõ eũdẽ actũ habẽt: ita & in eccleſiæ corpore multa mẽbra ſunt ſecũdũ veridicam Pauli ſentẽtiam. ad Corinthios. xii. In vno eodẽmq; ſpirituali corpore conferendũ eſt hoc officium vni. alii cõmittendũ eſt illud. Neq; enim quãtumlibet exercitatę vni perſonę vno tẽpore duarũ rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas mẽbrorum per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repreſentat: ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus diſtributa officia & fortitudinem & venuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut eſt indecorũ in corpore humano vt alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirũ noxium ſi múlq; turpiſsimũ eſt, ſi ſingula rerũ miniſteria perſonis totidẽ non fuerint diſtributa. lxxxix. diſtin. ſingula. & in ſeptima ſynodo continetur quòd clericus nõ cõnumeretur in duabus eccleſiis: qa hoc turpis negotiationis lucrũ eſt, & cõtra vocẽ dominicam dicentẽ Lucæ. xvi. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et cõtra apoſtolũ ad Roma. vii. dicẽtẽ, quòd vnuſquiſq; maneat in vocatione qua vocatus

Malla ex obtẽtione diuerſarũ pbẽdarũ.

In corpore eccleſiæ multa ſunt membra.

eſt.xx.i.q.i.c.i.Et ſecundū cōciliū Calcedonēſe.clericū in duarum ciuitatū eccleſiis cōſcribi nō oportet.eadē queſtione,clericū.ad prædicta etiā cōcordāt & faciūt leges ciuilis dicentes,Difficile eſſe videtur,vt vnus vicem duorū obtineat,& abſurdum fore,ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia.ff.de pactis.l.ſi plures.C.de aſſeſſoribus.l.nemo.C.de teſtamen.l.cōſulta. Ex quo prouenit quòd in pluribus ciuitatibus qs ſimul & ſemel poteſtatis officia habere nō poteſt.ff.ad munici.libertus.§.preſcriptio.& regulare eſt quòd vna perſona,niſi cauſa neceſſitatis immineat,non debet ſupplere vices pluriū. xxx.q.i. ad limina. nec quis in diuerſis eccleſiis prælatus eſſe debet. decima q.iii.vnio.vbi expreſſè dicit conciliū Toletanū,vt plures eccleſiæ vni nequaquā cōmittātur presbytero : quia ſolus per totas eccleſias nec officiū valet pſoluere,nec rebus earum neceſſariā curā impendere.Et idē habetur.xvi.q.vii. per laicos. Et ſubiungitur in eodē concilio,quòd ſi quis epiſcoporum prædictā conſtitutionē paruipenderit,ſe nouerit duorū menſiū ſpacio excōmunicatione mulctari.Ad idē concordat decreta.cū ſingula.de præbendis.lib. vi. Et etiā theologorū cōmuniter hoc habet opinio ꝙ ſi vnū habēs beneficiū de quo poteſt nō lautè nec ad elationē & pōpā,ſed cōueniēter mediocriter ſuſtētari: & recipiat vel retineat aliud, mortaliter peccat. Cùm autē dudū ſic fuiſſet determinatū: & cācellarius Pariſieñ.qui tūc erat magiſter in theologia,pluribus abundans beneficiis huic ſententiæ affectu,& nō ratione,ſuperatus,acquieſcere nollet,etiā in infirmitate de qua obiit,à dño Guilielmo Pariſiēſi epiſcocopo magiſtro in theologia de hoc admonitus& rogatus, eidē epiſcopo iuxta eius ſepulturā de profundis pro eo dicenti, in teterrima vmbra dictus cancellarius intelligibili voce dicens,apparuit,quod nō oraret pro eo: Nā dānatus erat pro eo,quòd non aquieuerat eiuſdē epiſcopi monitis & ſententiæ ſuæ,& aliorum magiſtrorū, tenentium quòd abſque peccato non poterant plura beneficia (vt præmiſſum eſt)retineri. Quare videret vtile eccleſiæ ſanctæ Dei, vt ordinatio Bonifacii ſup hoc facta in dicta decretali, cū ſingula. quantū ad regulares extenderetur ad clericos ſe-

duo officia in una ciuitate per uim obtinēda nō ſunt.

Cācellarius Pariſiēſis dānatꝰ apparuit.

culares & ad dominos Cardinales, qui in graue animarum ipſorum periculum & vniuerſalis eccleſiæ diſpendiũ, multa milia florenorum, librarum, & marcarum ſibi & ſuis peſtifera adinuctione ſuper eccleſias etiã parochiales, & curatas faciunt cumulari: & eccleſias etiam cathedrales, & vltra marinas ſub diuerſis coloribus commendari: & certas ſibi ſolui ab illis qui eorum promouentur auxilio penſiones, quæ nunquam in Romana eccleſia moriuntur, ſed ab vno cardinali in alium, vel in eius vel domini Papę propinquum vel nepotum detinentur. Ex quibus ſequitur (cum ſibi vendicent vniueſa) infelix quòd clericus qui de prædictis beneficiis ſuſtentari, & eis perſonaliter deſeruire debuerat, mendicat in plateis, & ſeruili operi mancipatus publicam depoſcit eleemoſynã: qui ex eo magis à cunctis deſpicitur, quo miſer ac deſolat⁹ iuſtè putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. Sicut Hieronymus ait nonageſimatertia diſtinctione, diaconi ſunt. Et hac peſte eſt etiam nouiter introductum contra iura, quòd prioratus conuẽtuales & alia beneficia eccleſiaſtica conſueta ab olim regi & gubernari per monachos & per alios regulares, prædicti domini cardinales (ac ſi beneficia ſecularia nequaquã ſufficerent: vel ſi per illos melius quàm per alios reformari deberent) ſibi & ſuis faciunt aſsignari, quamquam non efficiantur monachi, nec ſint de vita & regula monachorum & aliorum regulariũ, contra concilium Eduenſe ſub ſeptimo Gregor. congregatum: & contra capitulum Vrbani pape, & contra vigeſimumquartum capitulum Calcedonenſis concilii. & contra decimumtertium capitulum ſeptimæ ſynodi. decimanona quæſtione tertia. in quinque primis capitulis, extra de vita & honeſtate clericorum. Deus qui eccleſiam. & de religioſis domibus, inter quatuor. & decimaoctaua quæſtione ſecunda. Peruenit. Ex quibus in dictis prioratibus & beneficiis regularium periit in totum regularis obſeruantiæ diſciplina: cùm non ſit inter eos qui corrigat, non ſit qui doceat, non ſit cui obſeruantia & reuerentia præbeatur, nec qui eos in vita regulari & monaſtica valeat gubernare: fraudatur hoſpitalitas ſeruari in dictis prioratibus & beneficiis con

Peſtis ex cõmẽda regulariũ beneficiorũ proueniẽs.

Incõuenientia ex cõmenda ꝑ

ſueta: & iura ac bona prioratum huiuſmodi diſsipantur, & loca ad irreparabile opprobriũ, nõ abſque populi ſcandalo, deducuntur: extra de accuſa. capit. vlti. Ad prædicta facit. xv. capitul. concilii Mileuitani, in quo ſtatutum fuit vt poſtquã aliquis ſemel in aliqua eccleſia eſſe elegerit, ab alia eccleſia ad clericatũ nõ teneať. Etiã ſtatutũ fuit in ii. c. i. concilii Arelateñ. ſcilicet, ꝙ in quibuſcunq; locis miniſtri ordinati fuerint, in ipſis locis perſeuerent. & in penultimo c. eiuſdem concilii ſtatuitur idem. & in xiii. capitulo. ii. concilii Arelateñ. ſtatuitur idem. Secũdum autem Gregor. prædicti domini Cardina. etiam cùm de monaſterio aſſumuntur, non deberẽt ibi aliquid retinere: nec duplex regimen ſibi aſſumere. Nam cùm vnum pro ſui magnitudine diligenter quis non poſsit explere, ad vtrunque idoneus non videtur. xvi. quęſtione. i. presbyteros. & c. præceden. & ſequenti.

Titulus vigeſimuſſecundus.

De conſpirantibus contra epiſcopos: & alios publicè delinquentes puniendos, priuilegio contrario non obſtante.

IN. xviii. capitul. concilii Calcedoneñ. poſito. xi. quæſtione. prima coniurationum. continetur, quòd ſiqui clerici vel monachi inuenti fuerint coniurantes & conſpirãtes aut phratrias vel factiones componentes, ſuis epiſcopis vel aliis, cadãt omnino à proprio gradu: & per Papam Pium. e. quæſtio. ſi quis ſacerdotum. ſtatuitur, quòd tales degradati curiæ ſeculari tradantur, & per Calixtum Papam. e. quæſtione. conſpirationum. ſtatuatur, quod tales proprio amiſſo gradu, in carcere detrudantur: & per dictum concilium Calcedonenenſem & per Toletanum & Aurelian. ea quæſtione. qui clerici. &. capitulo. ſi clerici. & capitulo. ſi qui clericorum. ſtatuatur idem. & prædicta iura & cõſimilia non ſeruentur, Et ex quo frequẽter.

Clerici cõtra ẽpos cõſpirantes ſunt puniendi.

errorum. Et ideo in ſacerdotibus Dei, qui in populo docē-di ſuſceperunt officium, maximè eſt vitanda, ſicut habetur in iii. conci. Toletano. & xxxviii. diſtinct. cap. i.

Non promouēdi in eccleſia dei

Suſtinenda enim ſunt ſacerdotii eloquia diuinitus tradita, id eſt, vera diuinarum ſcripturarum diſciplina. xxxviii. diſtinctione. omnis. ſicut magnus ꝓhibet Dionyſius, Hinc enim ſuperna voce dicitur ad Moyſen in Leuitico. xxi. ca. Loquere ad Aaron. Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam, nō offeret panes Deo ſuo, neć accedet ad miniſterium eius. vbi repēte ſubiungitur. Si cęcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo & grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi gibboſus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem habens in corpore, vel ſi eſt hernioſus. Quæ moraliter exponuntur per Gregorium in paſtorali. & xlix. diſtinctione, hinc & enim. ad oſtendendum qualiter ignorantes, indiſcreti, ambitioſi, & criminoſi non ſunt admittendi ad eccleſiaſticos gradus. vnde dominus Malachie. i. ca. ad hoc conquerēs dicit. O ſacerdotes qui deſpexiſtis nomen meum, ſi offeratis cæcū ad immolandū, nónne malū eſt? ſi offeratis claudū & languidū? quod exponēs Hieronym⁹ dicit, quòd cęcum animal offert, qui ordinauit indoctum in locum docti: magiſtrūque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat in dignitate, vt pote pedem in diuerſa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. cui poteſt inferri illud tertii lib. Regum decimo octauo capit. Vſquequo claudicatis in partes duas? Languidum offert qui vitioſum habet pro religioſo: quíque tardum & pigrum probat patientem, dicens illum negligentia redarguendum. Non pēſans quòd indignum eſt dare deo, quod dedignatur homo. xlix. diſtinctio. cap. vltimo. In euangelio autem Ioannis. i. c. dicitur, quòd dedit poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

Cæcū animal dicitur indoctus loco docti poſitus.

Aduertat itaque quiſque ſe filium eſſe ſanctorū, ſi hæres eſt in tenenda terrena hęreditate ſanctorum: quia ſicut ait Hieronymus, Non ſanctorum ſunt filii qui tenent loca

ſanctorum,ſed qui exercent operá eorum.xl.diſtinctione. Non eſt facile,ſtare in loco Petri,& Pauli,& tenere cathedram regnantium cum Chriſto. Idem etiam ait. Quòd ſi filii Dei ſumus: quod ipſe fecit nos imitari debemus.lvi. diſtinctione.dominus.præfertur enim imitatio operis pro pagini carnis.xxii.quęſt.ii.§.Item opponitur. Vnde & Iudęi cùm eſſent filii Abrahæ,tamen dicũtur filii diaboli cuius filii ſunt, non naſcendo, ſed eius opera imitando. Et ideo Ioan.viii.c.à Chriſto eis dicitur. Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: vos autem quęritis me interficere hominem qui vera locutus ſum vobis: hoc Abraham non fecit. vos ex patre diabolo eſtis qui deſideria patris veſtri facere vultis. Et contra, gentiles ſecundum originem carnis cùm ab Abraham eſſent alieni, tamen imitatione fidei & iuſtitiæ ſucceſſerũt in filios Abrahæ. vt ibidem. & i.quæſt. i.cito turpem.ad finem.& de pœniten.diſtinctio.i.omnis. Vnde cùm in iſtarum promotione maximum in eccleſia Dei immineat periculum,cautius videretur prouidendum ſecundum concilium Ioannis Chriſoſtomi in epiſtola ad Hæbreos.& xlii.diſtinctione.quieſcamus.vii.q.ii.ca. vlti. extra de electio. vbi lib. vi.ff.de Carboniano edic.ſ r.§.ii. contra prædictos qui non ſunt inſtructi in his quę in quotidiano verſantur vſu,inuehitur.viii.diſputatio.vii.concilii Toloſani in.iiii.autem.ca.x.concilii Toloſan. habetur quòd epiſcopi qui eccleſiaſtica beneficia ꝓpinquis ſuis indignis contulerint,puniantur,excommunicẽtur, & beneficiis ſuis priuentur. In vii. diſciplinam ſubeant homicidii notam.& concordat. xliii. diſtinctione. ſit rector.

Filii ſanctorum.

Filii diaboli.

De prædictis etiam videretur,quod clauſtrales non ponerentur ad prælationem, cùm nõ habeant experientiam temporalem.xxxix.diſtinctione.per totum. Et declararetur quæ ſciẽtia eſt in ſingulis gradibus requirẽda: & quod nullus carracteretur epiſcopus, niſi eſſet doctoratus in theologia, vel in iure: quod nullus etiam fauore regio promoueretur.xvi.quæſtio.vii. ſi quis deinceps. nec aliquis qui prius neſciret illa quæ pertinent ad officium ſuum.

Nõ caracterendus epiſcopus.

rias eorundem & ſub prætextu ſigilli eorum & iuramenti in communitatibus.

Cvm in ii.ca.Calcedoneñ. concilii cõtineatur, quòd ſi quis epiſcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit,& ſub pretio deduxerit impreciabilem gratiã,atq; ordinauerit per pecunias quẽlibet de his qui in gradu eccleſiæ connumerantur,vel defenſorem.quòd de hoc conuictus,ſubeat gradus ſui periculum:& ſi promotus perdat promotionis ſuę fructum:quòd ſi mediator clericus fuerit, à ꝓprio gradu decidat.Si vero fuerit laicus vel monachus, quòd ſit anathena . Et prædictum cõcilium eſt poſitũ.i.q.i.ſi quis epiſcopus.& tota.i.cau. & tit. de ſymonia.in quibus agitur de dicta ſymonia & in nouo & veteri teſtamẽto à conciliis & Romanis pontificibus deputati non ſeruentur,& maximè in curia Romana, in qua etiam cœtus dominorum cardinalium vult habere vnà cum domino Papa certam portioné à prælatis qui promouentur ibidem: videretur ſuper hoc maximè prouidendum.Nam hæc hæręſis maximè corrumpit eccleſiam vniuerſalé & vniuerſos populos:Et prouiſa iam remedia pro nihilo reputãtur. Et cùm in curia Romana publicè contrarium fiat, acſi nõ eſſet peccatum committere ſimonĭam,vel ſi dare vel accipere pòſt,non eſſet idẽ ſicut dare vel accipere antè.i.q.i.eos, & c.ſi quis præbendas.& c.ſi quis obiecerit.ead.cau.q.iii. ſaluator.Ex quo prouenit(ſicut Grego.Frãcorum Regibus ſcribit)quòd fides deperit. Nam cùm fides ſine operibus mortua ſit,ſicut habetur in canonica beati Iacobi.ii.c. Et fides cum vita ſit eligenda in ſacerdotibus & miniſtris ſi vita defuerit,fides meritum non habet.Quæ autem vita & quæ opera eſſe valeant ſacerdotis qui honores tanti ſacramenti per præmiũ conuincitur obtinere. Hinc non ſolùm in ordinatoris & ordinati animã letale vulnus infligitur, verũetiam reipublicæ regimen ex taliũ culpa,quorum intercesſionibus magis iuuari debuerat, prægrauat.Si enim dignus is ſacerdotio creditur,cui nõ actionis merita,ſed ꝓmiorum copia ſuffragatur. Reſtat vt nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas,nil ſibi defendant induſtria.Sed totum auri ꝓphanos amor obtineat,& dũ vitiat honor re-

Pena ſymoniaci ꝑ ſimoniam & ꝑ monentis.

Symonia hæreſis eſt

muneratur in locũ vltoris, is fortaſſe qui fuerat vlciſcend⁹, adducitur: atq; hinc ſacerdotes nõ proficere, ſed perire potius iudicãtur: vulnerato nãq; paſtore, quis curãdis ouibus adhibet medicinã? aut quomodo populũ clypeo orationis tueatur, qui iaculis hoſtium ſeſe feriendum exponit? Aut qualẽ fructum de ſe producturus eſt, cui graui peſte radix infecta eſt: maior ergo metuenda eſt loci illius calamitas, vbi tales interceſſores ad locũ regiminis adducũt: quia tales ſimoniaci, Dei in ſe magis iracundiam prouocãt, quàm p ſemetipſos placare debuerãt. i. q. i. fertur. Cuius ratio eſt quia interceſſores qui pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt vt eius gratiã bene viuendo mereantur. Vnde idẽ Gregorius in paſtorali ait, ſollicite formidandũ ne qui placare irã Dei creditur, hãc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cuncti etenim loquendo nouimus, quia cùm is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Vnde talis ſimoniacus qui deſideriis terrenis aſtringitur, caueat ne diſtricti iram iudicis grauius accendens, dũ in beneficio eccleſiaſtico quaſi in luto delectatur: nec locum regiminis eccleſiaſtici aſſumere audeat, ſi ambitionis & ſimoniæ in ſe vitium dãnabile regnat, nec talis quem crimen deprauat propriũ, interceſſor pro culpis fieri appetat aliorum. Scriptum quippe eſt Prouer. xv. Victimæ impiorum abominabiles: vota autem iuſtorum placabilia. & in Pſal. xlix. Peccatori autẽ dixit De⁹. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ p os tuũ? xlix. diſt. §. iii. iii. q. vii. §. itẽ diuina. & c. itẽ in grauibus. Cũ em̃ talis ſimoniaci vita, q̃ latere nõ poteſt, deſpiciatur, reſtat ſecundũ Greg. vt eius prædicatio contẽnatur. vt ibidẽ. Nõnne memor debet eſſe vicarius IeſuChriſti exemplorũ eiuſdẽ? qui (quãquã adeò ſapiẽs) cùm percuteret, nõ percutiebat: cũ malediceret, nõ maledicebat: cùm pateret, nõ cõminabatur. Lucę. vi c. xlv. diſt. epiſcopũ. Si tanquã ouis ad occiſionẽ ductus eſt. Eſaiæ. liiii. tamẽ quia Zelus dom⁹ Dei comedit eum. ſicut dicitur in Pſal. lxviii. flagello facto de funiculis, omnes ementes & vendentes columbas (per quos ſimoniaci deſignãtur) de templo eiecit, & mẽſas nũmulariorum & cathedras vendentium columbas euertit,

Interceſſores quales eſſe debeãt

Victimæ impiorũ abominabiles: & vota iuſtorũ placabilia.

dicens: domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Si igitur exemplum pátientiæ Ieſus Chriſtus ſimoniacos de tẽplo eiecit, & eos latrones vocauit: & cathedras ſimoniacorum euertit, quis eſt qui in eccleſia Dei audeat introducere tales? Et ſi Chriſtus eorum euertit cathedras, quis eas erigere audeat? Si Chriſtus ſymoniacum vocat latronẽ, quia per aliam portam, id eſt, per ſymoniã aſcendit. Sicut ipſe idẽ ait Ioan. x. & ſicut Augu. exponit. xxiii. q. iiii. tres pſonas. quis eſt tam temerarius qui talẽ latronẽ ſymoniacũ qui cauendus eſt, audeat recipere & præficere vt paſtorẽ, niſi q ſe vult aſtruere antichriſtũ eius quod Chriſtus fecit & docuit facere, & dogmatizare contrarium. Ad hunc titulũ facit x. titulus huius partis: vt hi qui baptizantur, & qui ad confeſsionẽ accedũt nihil ſoluãt: & quod ꝓ ſepulturis nihil recipiãt, nec ꝓ aliis ſpiritualibꝰ. Ad idẽ cõcordat. iiii. c. vi. cõcilii Tole. & ii. di ſpu. vii. cõc. Tole. q̃ ponit̃ nomine Ambroſii. i. q. i. ad hoc faciũt. vii. & viii. c. conci. Toleta. Itẽ cũ à prælatis & curiis eorundem, pro ſigillis, correctionibus & aliis multæ fiant exactiones, vt extra de cenſibus & exactio. ſuper hoc eſſet prouidendũ. Et inſuper vt dictis dñis cardinalibus aſsignarẽtur redditus de quibꝰ abſq; exactionibus viuere poſſent.

Chriſtus ſimoniacos de templo eiecit.

Titulus vigeſimuſprimus.

Ne quis in duabus præbendis, uel eccleſiis intituletur, ſed ſingula officia & beneficia ſingulis conferantur perſonis cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant.

CVm etiam in x. c. concilii Calcedoneñ. cõtineatur ꝙ non liceat clericum in eccleſiis duarum ciuitatũ ordinari: & ꝙ ſi clericus iã trãſlatus fuerit ab aliã in aliã eccleſiam nihil commune habeat cum priore: & ꝙ facientes cadant à proprio gradu. Et prædictũ conciliũ ſit cõforme aliis conciliis & iuribus, & ſpecialiter ſynodo hábitę Placentiæ, in qua Vrbanus Pa. affuit. xxi. q. ii. ſi quis iam tranſlatus. & per Innocentium tertium extra. de conceſsio. præben. literas. & ad idẽ de electio. cùm in cunctis. de preben. de multa. Et in dicta ſynodo exp̃ſſè dicatur, q̃ nullꝰ poſsit

eſſe canonicus prębendatus, niſi in vna eccleſia. Et cõtrarium fiat in eccleſia Dei: quia vni perſonę præbẽdę multæ & multa beneficia, & multæ dignitates & perſonatus cumulantur. Potiſsimè ſi de pręſſentium eccleſię Dei parẽtela exiſtant. Et ex hoc paret generale pręiudiciũ vniuerſali eccleſię, quæ debitis officiis & obſequiis, rectorib⁹, adminiſtratoribus & defenſoribus defraudatur: eleemoſynę ſubtrahũtur, perſonę eccleſiaſticę ſic ditatę in ſuperbiã efferuntur. Et ſecundũ quod dicitur Prouer.i.ca. eorũ proſperitas perdit eos, & diſſolutionis materia ex hoc præſtatur eiſdem, & inſolentię variæ oriũtur: cultus diuinus qui augeri debuerat, minuitur: & officiũ, propter quod datur beneficium, omittitur, & infinita alia mala ſubſequuntur. Videretur perquam eſſe vtile eccleſiæ ſanctæ Dei, vt dominus Papa & cęteri inferiores, & totũ cõciliũ acquieſcerẽt beato Greg. ſup hoc ſcribẽti omnibus epiſcopis in hũc modũ. Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis qbuſq; pſonis ſigillatim cõmitti iubem⁹. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autẽ mẽbra nõ eũdẽ actũ habẽt: ita & in eccleſiæ corpore multa mẽbra ſunt ſecũdũ veridicam Pauli ſentẽtiam. ad Corinthios. xii. In vno eodẽmq; ſpirituali corpore conferendũ eſt hoc officium vni, alii cõmittendũ eſt illud. Neq; enim quãtumlibet exercitatę vni perſonę vno tẽpore duarũ rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas mẽbrorum per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repreſentat: ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus diſtributa officia & fortitudinem & venuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut eſt indecorũ in corpore humano vt alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirũ noxium ſi múlq; turpiſsimũ eſt, ſi ſingula rerũ miniſteria perſonis totidẽ non fuerint diſtributa. lxxxix. diſtin. ſingula. & in ſeptima ſynodo continetur quòd clericus nõ cõnumeretur in duabus eccleſiis: qa hoc turpis negotiationis lucrũ eſt, & cõtra vocẽ dominicam dicentẽ Lucæ. xvi. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et cõtra apoſtolũ ad Roma. vii. dicẽtẽ, quòd vnuſquiſq; maneat in vocatione qua vocatus

Mala ex obtẽtione diuerſarũ pbẽdarũ.

In corpore eccleſiæ multa ſunt membra.

eſt.xx.i.q.i.c.i. Et ſecundũ cõciliũ Calcedonẽſe. clericũ in duarum ciuitatũ eccleſiis cõſcribi nõ oportet. eadẽ queſtione, clericũ. ad prædicta etiã cõcordãt & faciũt leges ciuilis dicentes, Difficile eſſe videtur, vt vnus vicem duorũ obtineat, & abſurdum fore, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. ff. de pactis. l. ſi plures. C. de aſſeſſoribus. l. nemo. C. de teſtamen. l. cõſulta. Ex quo prouenit quòd in pluribus ciuitatibus qs ſimul & ſemel poteſtatis officia habere nõ poteſt. ff. ad munici. libertus. §. preſcriptio. & regulare eſt quòd vna perſona, niſi cauſa neceſsitatis immineat, non debet ſupplere vices pluriũ. xxx. q. i. ad limina. nec quis in diuerſis eccleſiis prælatus eſſe debet. decima q. iii. vnio. vbi expreſſè dicit conciliũ Toletanũ, vt plures eccleſiæ vni nequaquã cõmittãtur presbytero: quia ſolus per totas eccleſias nec officiũ valet pſoluere, nec rebus earum neceſſariã curã impendere. Et idẽ habetur. xvi. q. vii. per laicos. Et ſubiungitur in eodẽ concilio, quòd ſi quis epiſcoporum prædictã conſtitutionẽ paruipenderit, ſe nouerit duorũ menſiũ ſpacio excõmunicatione mulctari. Ad idẽ concordat decreta. cũ ſingula. de præbendis. lib. vi. Et etiã theologorũ cõmuniter hoc habet opinio ꝙ ſi vnũ habẽs beneficiũ de quo poteſt nõ lautè nec ad elationẽ & põpã, ſed cõueniẽter mediocriter ſuſtẽtari: & recipiat vel retineat aliud, mortaliter peccat. Cùm autẽ dudũ ſic fuiſſet determinatũ: & cãcellarius Pariſieñ. qui tũc erat magiſter in theologia, pluribus abundans beneficiis huic ſententiæ affectu, & nõ ratione, ſuperatus, acquieſcere nollet, etiã in infirmitate de qua obiit, à dño Guilielmo Pariſiẽſi epiſcocopo magiſtro in theologia de hoc admonitus & rogatus, eidẽ epiſcopo iuxta eius ſepulturã de profundis pro eo dicenti, in teterrima vmbra dictus cancellarius intelligibili voce dicens, apparuit, quod nõ oraret pro eo: Nã dãnatus erat pro eo, quòd non aquieuerat eiuſdẽ epiſcopi monitis & ſententiæ ſuæ, & aliorum magiſtrorũ, tenentium quòd abſque peccato non poterant plura beneficia (vt præmiſſum eſt) retineri. Quare videreẽ vtile eccleſiæ ſanctæ Dei, vt ordinatio Bonifacii ſup hoc facta in dicta decretali, cũ ſingula. quantũ ad regulares extenderetur ad clericos ſe-

duo officia in una ciuitate per uim obtinẽda nõ ſunt.

Cãcellarius Pariſiẽſis dãnat⁹ apparuit.

culares & ad dominos Cardinales, qui in graue animarum ipſorum periculum & vniuerſalis eccleſiæ diſpendiū, multa milia florenorum, librarum, & marcarum ſibi & ſuis peſtifera adinuētione ſuper eccleſias etiā parochiales, & curatas faciunt cumulari: & eccleſias etiam cathedrales, & vltra marinas ſub diuerſis coloribus commendari: & certas ſibi ſolui ab illis qui eorum promouentur auxilio penſiones, quæ nunquam in Romana eccleſia moriuntur, ſed ab vno cardinali in alium, vel in eius vel domini Papę propinquum vel nepotum detinentur. Ex quibus ſequitur (cum ſibi vendicent vniueſa) infelix quòd clericus qui de prædictis beneficiis ſuſtentari, & eis perſonaliter deſeruire debuerat, mendicat in plateis, & ſeruili operi mancipatus publicam depoſcit eleemoſynā: qui ex eo magis à cunctis deſpicitur, quo miſer ac deſolat⁹ iuſtè putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. Sicut Hieronymus ait nonageſimatertia diſtinctione, diaconi ſunt. Et hac peſte eſt etiam nouiter introductum contra iura, quòd prioratus conuētuales & alia beneficia eccleſiaſtica conſueta ab olim regi & gubernari per monachos & per alios regulares, prædicti domini cardinales (ac ſi beneficia ſecularia nequaquā ſufficerent: vel ſi per illos melius quàm per alios reformari deberent) ſibi & ſuis faciunt aſsignari, quamquam non efficiantur monachi, nec ſint de vita & regula monachorum & aliorum regulariū, contra concilium Eduenſe ſub ſeptimo Gregor. congregatum: & contra capitulum Vrbani pape, & contra vigeſimumquartum capitulum Calcedonenſis concilii. & contra decimumtertium capitulum ſeptimæ ſynodi. decimanona quæſtione tertia. in quinque primis capitulis, extra de vita & honeſtate clericorum. Deus qui eccleſiam. & de religioſis domibus, inter quatuor. & decimaoctaua quæſtione ſecunda. Peruenit. Ex quibus in dictis prioratibus & beneficiis regularium periit in totum regularis obſeruantiæ diſciplina: cùm non ſit inter eos qui corrigat, non ſit qui doceat, non ſit cui obſeruantia & reuerentia præbeatur, nec qui eos in vita regulari & monaſtica valeat gubernare: fraudatur hoſpitalitas ſeruari in dictis prioratibus & beneficiis con

Peſtis ex cōmēda regulariū beneficiorū prouenięs.

Incōuenientia ex cōmenda ꝓ

ſueta: & iura ac bona prioratum huiuſmodi diſsipantur, & loca ad irreparabile opprobriũ,nõ abſque populi ſcandalo,deducuntur:extra de accuſa. capit.vlti. Ad prædicta facit.xv. capitul.concilii Milleuitani,in quo ſtatutum fuit vt poſtquã aliquis ſemel in aliqua eccleſia eſſe elegerit,ab alia eccleſia ad clericatũ nõ teneat. Etiã ſtatutũ fuit in ii.c. i. concilii Arelateñ. ſcilicet, ꝙ in quibuſcunq; locis miniſtri ordinati fuerint,in ipſis locis perſeuerent. & in penultimo c.eiuſdem concilii ſtatuitur idem. & in xiii.capitulo. ii.concilii Arelateñ. ſtatuitur idem. Secũdum autem Gregor.prædicti domini Cardina. etiam cùm de monaſterio aſſumuntur,non deberẽt ibi aliquid retinere: nec duplex regimen ſibi aſſumere. Nam cùm vnum pro ſui magnitudine diligenter quis non poſsit explere,ad vtrunque idoneus non videtur. xvi.quęſtione.i.presbyteros. & c.præceden. & ſequenti.

Titulus vigeſimuſſecundus.

De conſpirantibus contra epiſcopos: & alios publicè delinquentes puniendos, priuilegio contrario non obſtante.

IN.xviii. capitul.concilii Calcedoneñ. poſito.xi. quæſtione. prima coniurationum. continetur, quòd ſiqui clerici vel monachi inuenti fuerint coniurantes & conſpirãtes aut phratrias vel factiones componentes, ſuis epiſcopis vel aliis,cadãt omnino à proprio gradu: & per Papam Pium.e.quæſtio. ſi quis ſacerdotum. ſtatuitur,quòd tales degradati curiæ ſeculari tradantur,& per Calixtum Papam.e.quæſtione. conſpirationum.ſtatuatur,quod tales proprio amiſſo gradu, in carcere detrudantur: & per dictum concilium Calcedonenenſem & per Toletanum & Aurcliañ.ea quæſtione.qui clerici.&. capitulo.ſi clerici.& capitulo. ſi qui clericorum. ſtatuatur idem. & prædicta iura & cõſimilia non ſeruentur,Et ex quo frequẽter. *Clerici cõtra epĩs cõſpirantes ſunt puniendi.*

in multis partibus magna ſcandala ſubſequuntur. Videretur vtile quòd prædicta iura ſeruari mandaretur: vel quòd prouideretur de aliis remediis oportunis.

Peccatorẽ publicũ publicè arguere licet. Et inſuper quòd omnes religioſi, & omnes aliæ perſonæ publicè delinquentes, & ex hoc eccleſiam Dei ſcandalizantes, publicè arguerentur, corrigerentur, & punirentur, iuxta illud Apoſtoli, i. Thimot. v. Peccantes coram omnibus, argue, vt & cæteri metum habeant. Ad quod facit, xlv. diſtin. Sed illud. ii. q. v. ſi mala. & ea. cau. quæſt. vii. quapropter. xi. q. iii. c. vlt. xxiii. q. ii. e. ca. & q. iiii. Ita planè. ff. de pœnis, aut facta. §. vlt. quę canonizata eſt. de pœni. diſtinct. i. aut facta. Et quòd in dicta punitione ceſſaret omne priuilegium ſecundum decretum Innocent. iiii. de priuile. volentes. & appellatio friuola & fruſtratoria.

Titulus vigeſimuſtertius.

De epiſcoporum & aliorum prælatorum & clericorum accuſatoribus, quòd non debeant paßim ſuſcipi, & dicti prælati non mutentur de ſede ad ſedem, niſi pro notoriis exceßibus eorundem.

Accuſatores epiſcoporum & clericorũ nõ poſſunt eſſe hic deſcripti. ITem cùm in xxi. c. concilii Calcedoneñ. fuerit conſtitutum quòd ad accuſationem epiſcoporum vel clericorũ, nulli clerici vel laici recipiantur, niſi prius diſcutiatur eorum æſtimatiõis opinio, quod c. ponitur. ii. q. vii. clericos. quia ibidem fuerit conſtitutum, & in aliis concilis & à Romanis põtificibus, ſicut plenè in dicta q. vii. patet. Et hoc in Roma. curia, & in multis aliis partibus nõ ſeruetur cõtra intentionem Gregor. lxxxviii. diſtinct. ſi quis. & extr. de ſimonia. licet Heli. Et ex hoc frequẽter innocẽtes prælati & clerici diffamentur, & ad curiam Romanam citentur, & opprimantur contra illa quæ ſcripta ſunt. ii. q. i. nihil. cum capit. ſequentibus & præcedentibus, videretur ſacri prouiſione concilii fore ſuper hoc prouidẽdum. in ſeptimo autem concilio Cartaginenſi, capit. ii. iii. iiii. & vi. fuerit ſtatutum, quòd excommunicati ſecũdum propriam libertatem: & omnes quos leges non admittunt ad accuſationem publicorum criminum, infames, Hiſtriones, aut

turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, heretici, pagani, & Iudæi non admitterentur ad accuſationem clericorum, nec ad teſtificandum contra eos. Et hoc eſt conforme aliis iuribus, ii. quæſtio. i. prohibetur. iii. quæſtio. v. accuſatores. i. cum vndecim capitulis ſequentibus. Videretur inſuper ꝓuidēdum, ꝙ dicti prælati nō amouerētur à ſedibus ſuis inuiti, nec in aliis tranſferrentur, niſi exigentibus eorū notoriis exceſsibus: cùm iſtis tēporibus cōtrariū fiat interdum.

Titulus vigeſimuſquartus.

De yconomis & diſpēſatoribus & aduocatis à ſingulis epiſcopis habendis pro diſpenſatione rerum temporalium, ut ipſi uacent diuinis, & propter curam temporalium, ut ipſi libera executione pontificis officii non deſiſtant.

ITem cùm in penultimo capitulo concilii Calcedonenſis poſito. lxxxix. diſtinctio. c. quia in quibuſdam. contineatur quòd omnes eccleſiæ habentes epiſcopos, habeant etiam yconomos de proprio clero, per quos res eccleſiaſticæ cum arbitrio epiſcopi gubernentur, & non diſpargantur: & hoc ſit conforme aliis conciliis & iuribus. ea. diſtinct. volumus. cum capit. ſequentibus. & ix. quæſti. iii. cum ſimus. xvi. q. vii. quoniam in quibuſdam. cum cap. præcedentibus & ſequentibus. Videretur eſſe vtile, quòd prædicta iura, & alia continentia, quòd etiam epiſcopi habeant aduocatos, per quos eorum lites ducātur, ne ipſi ex hoc à laude Dei, & ab actionibus ſpiritualibus retrahantur. Et ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant, ſicut ait Anacletus Pap. v. q. iii. quia epiſcopus. po tiſsimè, cū inter capi. apoſtolicę regulę contineat̄, ꝙ epiſcopus non ſit litigioſus, prout plenius continetur xlvi. diſti. vbi ſit proſequutio dicti c. apoſtolicæ regulę. In ix. autē c. ſecūdi cōcilii Hiſpaleñ. cōtinetur, quòd ex laicis non conſtituātur yconomi. & idē habetur lxxxix. diſti. iudicatum.

Nō attendenda humana lucra, ne perdantur æterna.

Expliciunt aſſumpta ex conciliis Græcis.

INCIPIVNT AS-ſumpta ex concilijs Latinis.

Titulus vigeſimuſquintus.

De ſanctimonialibus, ne cum extraneis uiris uel mulieribus habitent: & quòd recludantur, nec recipiantur, niſi de earum redditibus uiuere poßint, de quo legitima fides fieret ordinariis earundem, per quos corrigerentur, includerentur & reformarentur, priuilegio contrario nõ obſtante.

Videnda circa Moniales.

IN tertio cap. primi concilii Carthagineñ. fuit, conſtitutum quòd Sanctimoniales & religioſæ fœminæ in vna domo, cum extraneis mulieribus vel viris non morētur, & quòd ſint ſegregatæ à conſortio mulierum: & quòd ſimiliter diſcreta ſit conuerſatio clericorum, ad conuerſionem laicorum: & hoc ſit cõforme aliis conſiliis & iuribus. vt iiii. diſtinctio. ſtatuimus. xxiii. diſtinct. his igitur. & prædicta iura non ſeruentur: nec prouiſio domini Bonifacii, de includendis dictis monialibus poſita extra de ſta. reg. cap. vnico. libr. vi. ſufficit. quòd multæ ſunt quæ ſi includerentur, non haberent vnde viuerent. Et quòd etiam ſunt nonnullæ, ſicut dicit cap. pernitioſam. xviii. q. ii. propria receptacula retinentes, ſicut ſunt beguinæ, ordinis ſancti Franciſci: videretur vtile ſuper hoc prouideri, & vi. etiam capit. concilii Toletani cõtineatur, quòd religioſa puella virorum familiaritatem in domo non habeat: Eſſet prouidendum quòd non reciperentur plures, quàm poſſent de earum redditibus ſuſtētari, de quo prius legitima fides fieret ordinariis earundem. Et hoc ſub grauibus pœnis ordinarii iniungerent, per quos corrigerentur, includerentur, & reformarentur, priuilegio contrario non obſtante.

Titulus vigeſimuſſextus.

De clericis obligatis ad ratiocinia: & ne uiri literati ad ipſa intendant, ne ſacerdotes ad prædicta uocentur.

CVm in ſeptimo cap.concilii 1.Carthaginenſis fuerit conſtitutum, quòd obligati ad ratiocinia reddenda non promoueantur, antequam rationem reddiderint de eiſdem, & hoc ſit conforme aliis conciliis & iuribus, vt extra de obligat.ad ratioci. & liii.diſtinct. per totum. & non ſeruetur. videretur vtile, quòd ſeruari mandaretur. Nam hoc etiam continetur in primo.c.primi concilii Toletani. Et inſuper quòd viri literati ad dictas ratiocinationes non intendant. Cũ ſecundũ Greg.inutile & valde laborioſum ſit hominem literatũ ratiociniorum cauſas aſſumere: & ſe in eo quod non expedit obligare. Nec eſt faciẽda in eccleſia memoria pro illis qui ſacerdotes ad dicta ratiocinia euocant, & ab officio ſuo retrahunt.lxxxviii.diſtinctio. inutile erit.

Literati ad cauſas ratiociniorum nõ debẽt aſſumi

Titulus vigeſimuſſeptimus.

De contemptoribus canonum & prælatorum ſuorum ſuperiorum puniendis.

ETiam in vltimo c.i.concilii Carthaginenſis continetur, quòd illi qui nolunt obſeruare ſcripta in conciliis, ſi laici ſunt, communione, ſi clerici, honore priuẽtur. Et hoc ſit conforme aliis conciliis & iuribus.iiii. diſtin. §. hæc & ſi legibus.duodecima diſtinct.pręceptis.xviii. diſt. §.hunc ergo. xxv.q.i. hac conſona. & prædicta iura non ſeruẽtur.videretur vtile quòd ſeruari mãdarentur vt quos diuinus timor à malo non reuocat, coherceret timor eccleſiaſticę diſciplinę.extra de hęreticis.vergentis.de elect. cum in cũctis.lxxxii.diſt.plurimos. in fine.l.diſti. conſtitueretur.C.de emẽda.propin.l.vna.In ſecũdo etiam.c.cõcilli Taurinatis continetur, vt quicũque contra ſtatuta maiorum fecerit, deponatur.In concilio etiam Bracharen.cõtinetur ꝙ ſi quis tranſgreſſus fuerit præcepta antiquorum

Trãſgreſſores & canonũ cõtemptores puniũtur.

canonum & conciliorum, à ſtatu ſuo degradetur. Et ad idem concordat primum ca. tertii concilii Toleta. Et quòd idem ſeruaretur de illis qui tranſgrediuntur rationabilia præcepta ſuperiorum ſuorum.

Titulus vigeſimuſoctauus.

De religioſis & alijs qui excommunicatos ab alijs recipiunt, puniendis: & de ſententijs excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, latis ab ordinarijs uel eorum authoritate, in locis religioſorum, publicandis.

Excõmunicati non recipiãtur

IN octauo capi. ſecundi concilii Carthagineñ. fuit conſtitutum, vt illi qui excommunicatos ab aliis ſcienter recipiunt, excommunicentur. & hoc ſit conforme concilio. Antiocheno xi. q. iii. ſi quis à ꝓprio. & ex decretis beati Petri ex xciii. diſt. ſi inimic⁹. & ex ſtatutis apoſtolorũ. c. q. ſunt apoſtoli. & Calixti Pa. ea. q. excõmunicatos. & Iſidori, ea. q. cũ excommunicato. & concilii Carthagineñ. eadẽ quæſt. qui excommunicauerit. & multis aliis iuribus. Et hoc nõ ſeruetur à fratribus prædicatoribus, & minoribus, & aliis religioſis exemptis. Nec ad hoc refrenandum proſint antiqua nec noua remedia: & ꝓpter hoc excõmunicatio contẽnat, & ſic mortalis efficitur. de ſent. excõ. cũ medicinalis. lib. vi. & neruus diſciplinæ eccleſiaſticæ diſrũpatur. cõtra illud 50. di. vt cõſtituerẽt. & c. presbyteros. xxiii. q. v. excõmunicatorũ. xxxiiii. q. ii. in lectũ. Videretẽ fore ſu per his ſacri ꝓuiſione cõcilii prouidendũ. Hoc etiã cõforme, viii. c. ii. cõcil. Arelateñ. in quo ſtatutũ eſt, vt ſe reũ nouerit, & cauſam in concilio redditurum, qui excõmunicatum alterius poſt interdictũ recipere præſumpſerit. idem etiam ſtatuitur in xi. ca. concilii Auraſi. & in liii. c. concilii Ebertani. & xxxvii. c. concilii Bracharẽ.

Titulus vigeſimuſnonus.

Vt qui cõtra profeßionẽ, uel ſubſcriptionẽ ſuã, uel prædeceſſorũ facta irrationabilia & ſeruitores uenerint, puniãtur.

IN vltimo ca. ſecundi conſilii Carthagineñ. fuit conſtitutum, vt quicunque prælati & alii contra illa in quibus conſen

conſenſerunt vel ſubſcripſerũt, venerint, deponãtur: cùm non deceat inconſtantiam & intolerabilem in Dei eccleſia reperiri: & in hoc ſit conforme cõcilio Affricano. extra de pactis. cap. i. & aliis iuribus. xx. queſtione prima. puellę. in fin. xxii. quæſtione quarta. innocens. xviii. quæſtione ſecunna. Eleutherius. ff. de pactis. iuris gentium. §. prætor ait. & hoc hodie non ſeruetur: hoc videtur honorabile, & vtile obſeruari, ne paulatim grauitas eccleſiaſtica deperire videatur: maximè in eccleſia Romana, in qua viſum eſt, quòd dominus Papa reuocabat aliquando non ſolùm gratias, & alia conceſſa à prædeceſſoribus ſuis, verũ etiam facta & conceſſa à ſeipſo cõtra grauitatem, authoritatem & honeſtatem eccleſiaſticam & iuridicam. xxv. quæſtione. i. & quæſtione ii. quaſi per totum. xii. quæſtione ii. hæc huius placiti. Et idem de multis aliis prælatis accidit, prædeceſſorum ſuorum facta rationabilia & familias, quãquam bene ſeruierint: proſequentibus contra iura. *Incõſtãtiã reprobatur in Dei eccleſia.*

Titulus trigeſimus.

Vt canones pertinentes ad officium & inſtructionẽ epiſcoporum & clericorũ, ſciantur per eos priuſquã ordinẽtur.

IN iii. c. iiii. concilii Carthaginẽſis poſito. xxxviii. diſtin. placuit. fuit conſtitutum, vt epiſcopis & clericis ordinandis priuſquam ordinentur, decreta cõciliorum eorum auribus ab ordinatoribus inculcentur, ne ſe aliquid contra ſtatuta cõciliorum feciſſe pœniteat, & in concilio Toletano fuit conſtitutum, quòd illi quibus parochiales eccleſiæ cõmittuntur, ab epiſcopis ſuis inſtructionem & libellum per quem in officio eccleſiaſtico dirigantur, accipiant. & Celeſtinus Papa inſtitit quòd nulli ſacerdotum liceat canones ignorare. & Auguſti. dicit quòd ſaltem canones pœnitẽtiales ſcire debet, vt xxxviii. diſtin. quando: & c. nulli. & c. quę ipſis. xx. diſtin. ſi decreta. Et ſu pradicta iura & conſimilia non ſeruentur, ſed paſsim promoueantur, & presbyteri & epiſcopi priuſquã eis oſtẽdatur illud quod pertinet ad officium eorundem: nec debita *Canones ſciãtur priuſq̃ ad ꝓmotionem ꝓcedatur.*

diſcuſsio ſuper his obſeruetur, licet ſuper hoc multa iura ſint edita. xxiii.diſtinctione. per totum. & extra de ætate & qualitate ordi.de temp. ordi. videretur ſuper hoc prouidendum.

Titulus trigeſimuſprimus.

De epiſcopis accuſatis. ubi & infra quod tempus eorum cauſæ examinentur. & quòd in cauſis eccleſiaſticis horæ modicum contraheretur, & quòd deputarentur in ſingulis curiis iudices, aduocati, procuratores & tabelliones gratis ſua officia exequētes in cauſis miſerabilium perſonarum.

ETiam in vii.cap.iii.concilii Carthagineñ.fuit conſtitutum, quòd cauſæ epiſcoporum coram prouinciali concilio infra duos menſes audiantur,& hoc ſit ſatis conforme aliis conciliis & iuribus,vt iii.quęſtio.ſi quis epiſcoporum.cum ca.ſequentibus: & dicta iura & conſimilia nō ſeruentur,quia Romana eccleſia cauſas epiſcoporum maioribus annumerans, omnia ad ſe trahit, per illa capitula. ii.quæſtio.vi.ad Romanum.& capitulis præcedentibus & ſequentibus.& ix.quæſtio.iii.cuncta per mundum & cap. per principalem.Videtur vtile cogitare an eſſet aliquod remediū,ſuper hoc adhibendū. Et inſuper,cùm lites nō debeant eſſe immortales. vt extra de dolo & contu. finem. potiſsimè eccleſiaſticæ quæ cæteris periculoſiores ſunt: vt ibidem,& de electio.ne pro defectu.quòd in eiſdem contraheretur eremodicium, ſicut ſecundum leges contrahitur.C.de iudi.properandum.§.1.& §. ſinautem. Exceptis caſibus notatis ibidem in glo.ordinaria: quamquam contrarium ſit ſecūdum ius canonicum, vt extra de iudic. venerabilis.& de dolo. & contu. venerabilis.& quòd deputarentur in ſingulis curiis iudices,aduocati,procuratores, & tabelliones, gratis ſua officia exequentes & exercentes in cauſis miſerabilium perſonarum.

Aduocati ꝑ miſerabilibꝰ perſonis deputentur.

Titulus trigeſimuſſecundus.

De multis capitulis ad uitam, honeſtatem, conuerſationem, habitum, regulam & mores clericorum pertinentibus, ſecũdum diuerſos ſtatus & gradus eorum.

ITem cùm in xiii. cap. iii. concilii Carthagineñ. fuit cõſtitutum vt filii ſacerdotũ vel clericorum ſpectacula ſecularia non exerceãt, nec eis interſint, & in v. conci. Au relateñ. capit. lix. Et in Agatheñ. concilio fuerit ſtatutum, quòd presbyteri & alii qui ducendi vxores licentiã nõ habuerint, alienarum nuptiarum euitent conuiuia. Nec illis cœtibus immiſceantur vbi amatoria cantãtur & turpia: aut obſcœni motus corporũ, coreis exultationibus efferuntur: ne auditus & obtuitus ſacris miniſteriis deputati, turpium ſpectaculorum atque verborum contagione polluantur. xxxiiii. diſt. presbyteri. Et in concilio Laodiceñ. fuerit cõſtitutum, quòd clerici & miniſtri altaris, ſpectaculis aut nuptiis non interſint: & de conſe. diſt. vi. non oportet. Et Iſidorus de vita clericorum ſcribat, quòd dicti clerici à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatib⁹ ſe abſtineant, vt nõ ſpectaculis, non pompis interſint: & quòd cõuiuia publica fugiant, priuata autem ſobria colant, vſuris nequaquam incumbãt, neque turpium occupationib⁹ lucrorũ. Non fraudibus cuiuſquã ſtudióve apetãt amorem procurare. Quaſi materiam cunctorum criminum fugiant ſecularia officia, negotiáque abiiciant, honoris gradum per ambitionẽ non ſuſcipiant, dolos & coniurationes caueant, odium, emulationes, obtrectationes atque inuidiam fugiant: nõ vagi in eccleſiis, nõ effreni lingua, aut petulãti: nec fluuido greſſu vel geſtu incedant, ſed pudorem atque verecundiã mentis ſimplici habitu inceſſuque oſtẽdant: obſcœnitates verborum & membrorum ſicut & operum, penitus execrentur: viduarum & virginum frequentationem fugiant: con tubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant. Caſtimoniam inuiolati corporis perpetuò conſeruare ſtudeant. Senioribus debitam præbeant obedientiam: neque vllius iactantię ſtudio ſemetipſos attollant: doctrinę & le-

Clerici hĩc attẽdãt ut nõ interſint.

Clerici nõ faciãt.

Clerici faciant.

ctionib' pſalmis & cāticis & eorum exercitio iugiter incū bant. Tales enim eſſe debēt qui diuinis cultibus ſe mancipādos ſtudēt vt ſcientiæ operā dent: doctrinæ gratiā populis adminiſtrēt xxiii. diſt. his igitur. In conci. etiā Matiſconeñ. conſtitutū fuit ꝙ dictæ pſonæ eccleſiaſticæ plauſus & riſus iniocūdos agere, & fabulas inanes referre, aut cantare non præſumerent, nec turpia ioca ante ſe fieri paterentur. Nec laruas dæmonum ante ſe deferri conſentirent. Et quòd in menſis honeſtè conuerſarētur, & ſobriè biberent & comederent. vt xliiii. diſtinctione nullus. presbyterorum duabus paleis ſequentibus poſitis pro capitulis, de cōſecratione, diſtinctione v. quādo. In cōcilio etiā Laodiceñ. & Martini Papę fuit conſtitutum, quòd ſimbola & comenſalia ſiue conuiuia, in quibus dicta ſimbola fuerint, nō exercerent, & quòd tabernas, excepta cauſa neceſsitatis, non intrarent. Et in vi. Sinodo fuerit conſtitutum, quòd in dictis tabernis aliis non miniſtrarent, nec tabernas tenerent: & ſi non ceſſarent, quòd deponerentur. xliii. diſtinctio. nō oportet. i. & ii. c. nullus. &c. Et in cōcilio Toletano fuerit conſtitutum, quòd loco fabularum quę menſis frequenter interponuntur non neceſſarię, coram eis ad ędificationem animarmm ſacra lectio legeretur. ead. diſtinctione, pro re ueren. de conſecratio. diſtincti. v. in omnibus. Cùm autem iſta & alia extra de vita & honeſta cleri. & in aliis diuerſis iuribus tradita de conuerſatione vita & honeſtate clericorum & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, non ſeruentur, & ex hoc vituperetur miniſterium noſtrum & eccleſiæ contemptus habeatur, eſt verum ſecundum Grego. Si cuius vita deſpicitur, eius prædicatio contemnatur. iii. quæſt. vii. §. Item in euāgelio. videretur eſſe vtile, vt circa dictam reformationem, & regulationem vitæ & honeſtatis morū, & conuerſationis perſonarum eccleſiaſticarum, prouideretur de remedio competēti. Nam videtur verificari illud euangelicum de Scribis & Phariſeis, quòd ſuper cathedrā Moyſi ſedebunt: quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Matth. xxiii. xxvi. quæſtione vii. Alligant (vt ibi dicitur) onera grauia & importabilia, & imponūt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere: o-

Clerici nō pſumant.

Clerici circa tabernas.

Cuius vita deſpicitur, eius pdicatio cōtemnitur.

Verbū alligāt onera &c. hîc exponitur.

mnia autem opera faciunt vt videantur ab hominibus. Dilatant enim philateria ſua, & magnificant fimbrias ſuas. Amant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſinagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus rabi. Quæquidem verba Chriſti in Matth. xxiii. exponit Ioannes Chriſoſtomus in dicto capitulo. alligant. de ſacerdotibus & pontificibus noſtri temporis: qui omnẽ iuſtitiam populo mandãt, & ipſi nec modicam ſeruant, vt in docendo iuſti appareant, & iuſti in faciendo non exiſtant. vnde ſecundum eundem. lx. diſtinctione. in c. multi ſunt ſacerdotes, & pauci ſunt ſacerdotes: multi in nomine & pauci in opere. Videte ergo ſecundum eundem quomodo ſuper cathedram ſedeatis: quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram. Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum ſanctificat. Non omnis ſacerdos ſanctus eſt, ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper ea, honorem accipit cathedræ. Ideo ſacerdos malus de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim ſedis, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris, populum bene inſtruis. Si bene docueris quomodo viuere debeat, bene autem docẽdo & male viuendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare. Item quicunq; deſiderauerit primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlo: nec inter ſeruos Chriſti cõputabitur, qui de primatu tractauerit: nec vnuſquiſque eorum ſuſtinet quomodo maior aliis appareat. ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore inter homines, ille eſt inferior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior eſt. Hieronymus etiam ſcribens ad Heliodorum, ait, quòd nõ omnes epiſcopi ſunt epiſcopi: & quòd eccleſiaſtica dignitas non facit Chriſtianum. Et Auguſtinus. omil. ſexta ſcribit, quòd non omnes qui dicunt pax vobis, quaſi columba ſunt audiendi: cùm columba, non ſicut coruus, de morte paſcatur: ſed de frugibus terræ viuat: & innocens ſit victus eius: ſecunda quæſtione ſeptima. non omnes, & capi. non omnis. Sanè cùm de dictis clericis fuerint in quarto concilio Carthagineñ. & xliiii. vſque ad ſeptuageſimum ſecundum capitu. plurima quæ in diuerſis locis ſparſa fue-

Cathedra nõ facit ſacerdotem.

Deũ inſtruere ad condẽnandum hic videmus.

Maio quis inter homines dicatur.

Clericus barbã non nutriat in quo cõcilium attẽdere debet: quia nunc clerici ob barbã nõ diſtigũtur à laicis delatam.

runt,conſtituta:videlicet vt clericus neque comam nutriat neque barbam:quòd nec veſtibus,nec calciamẽtis decorẽ quærat:quòd cũ extraneis mulierib⁹habitare non debeat, nec ꝑ plateas & andronas, niſi certa & maxima fuerit neceſsitas officii,ambulare:nec ad forum & nũdinas niſi aliquid empturus ibi ſit auſus ire:& agẽs contrariũ,degradetur. Quòd etiã ſi abſq; corporis ſui inæquitate vigiliis defuerit ſtipendio priuatus,excõmunicetur.& quòd ſi ꝓpter tentationes ab officio declinauerit aut negligẽtius egerit, & quòd quilibet clericus quantũcunq; verbo Dei erudit⁹, artificiolo victũ & veſtitum ſibi acquirat: vel quod agriculturam abſque officii ſui dũtaxat detrimento pręparet,& ꝙ om̃es clerici qui ad operandũ validi ſunt artificiola & operas addiſcant. Quòd clericus inuidens fratrũ profectibus, nõ promoueatur: & adulationibus & maledictionibus, & perditionibus ſeruiens,degradetur. Quòd litigioſus & diſcors &curribilis,&verborũ turpiũ ioculator,& inter epulas cãtans, & per creaturas iurãs, & aliis ieiunantibus non ieiunãs,ſeditionarius,vſurarius,& iniuriarũ ſuarũ vltor:& qui publicã egit pœnitentiã,repellatur à clero. Et de pręDictis capitulis multa ponũtur xlvi.diſt. clericus.cũ vii.cc.ſequẽtibus.& xcii.diſt.clericus. In dicto etiã conci. Carthagineñ.iiii.xxxvi.capit.& in xxii.capitul. concilii Niceni, & in decimoquinto capitu.ſecundi concilii Arelatenſis. & ſequentibus,fuit circa diaconos ordinatum,quòd obediẽtiam presbyteris exhiberent,& quòd eis præſentibus eucharistiam populo non traderent : quòd ante eos non loquerentur nec ſederent , & quòd alba induerentur tantũmodo tẽpore oblationis vel lectionis. de quibus multa capitula ponũtur.xciii.diſtincti.§. vt ex præmiſſs authoritatibus. vſque ad §.cõpagis. & cc.pręcedentibus ſequẽtib⁹. In eodem etiã concilio.xxxiii.capi.& ſequentibus,fuit ordinatum qualiter presbyteri ſuum exequerẽtur officium in propria eccleſia, & in aliena,& quòd in ſedibus honorarentur ab epiſcopis intra camerã.Sed quòd in eccleſia epiſcopus pręferretur in ſede:& ꝙ criſma omni anno reciperẽt ab epiſcopo proprio. De quibus cc.multa ponuntur xcv. diſt.presbyteri. & c.epiſcopus.& quaſi per totum.

Repellẽdi à clero hic ponũtur.

Diaconi hic attendant.

De epiſcopis autem fueruat multa ordinata, quæ infrà ponũtur in tit. xxviii. de caſibus &c. In concilio etiã Arelatenſis, xvii. & xviii. & xix. cc. fuit ſtatutum, quòd diaconus ſine presbytero, & presbyter ſine epiſcopo nihil agerent, & quòd vnus epiſcopus alium non conculcaret, & in xviii. c. primi concilii Elibertani continetur, quòd ſi prædicti epiſcopi, presbyteri vel diaconi detenti fuerint, quòd ſint mœchati, propter ſcandalum & propter nefandũ crimen in fine non recipient communionem.

Diaconus nihil ſine præſbytero, nec præſbiter ſine epiſcopo agat.

Titulus trigeſimuſtertius.

De clericis, ut cùm ad pubertatem peruenerint, coniugium aut caſtitatem profiteantur, ne per eos de bonis eccleſiaſticis eruditos, poſtmodum eccleſi: impugnetur.

IN xxi. c. quarti concilii Carthagineñ. fuit conſtitutum, quòd lectores cùm ad annos pubertatis peruenerint, cogantur aut vxores accipere, ant continentiam profiteri. Et dictum conſilium ſit conforme concilio Toletan. ii. c. i. in quo ſtatutũ fuit, ꝙ illi qui à primis infantiæ eorũ annis clericatus officio mãcipantur, poſtquã xviii. annũ ætatis ſuæ cõpleuerint, coram totius cleri & plebis cõſpectu requirãtur ab epiſcopo ſi nubere vel caſtitatẽ tenere & ſeruare volunt: ꝙ ſi caſtè viuere elegerint, ſub eccleſiaſtica regula teneantur: ſi verò extunc contraxerint, ꝙ tanquam ſacrilegii puniantur. xxviii. diſt. de his. & dicta concilia & conſimilia iura cũ deliberatione magna fuerunt cõſtituta, & ad hoc fortè, ne per tales qui ꝓmoueri ad ſacros ordines non intendũt, cõſumañt patrimoniũ Ieſu Chriſti, quod pauperibus tm̃ debeñ. Et ſubtrahiñ illis deſiderantibus ꝓmoueri, qui inde proficere poſſent: Videreñ vtile cõſiderare, an expediret dicta iura ſeruari, & ꝓuideri, ꝙ illi qui de beneficiis eccleſiaſticis aluñt, nõ poſſent extũc ad nuptias cõuolare: potiſsimè cùm pleriſq; mũdi hui⁹ ꝑtibus à talib⁹ pluſq̃ à laicis Dei eccleſia impugneñ: & qa ſi intentionẽ ꝓmouẽdi nõ habẽt, non videtur ꝙ ſaluis conſcientiis dicta beneficia valeant retinere. Et quòd ad reſtitutitonem receptorum fru-

Patrimonium. Chriſti tãtùm pauperibus debetur.

Vtinã ad uotũ authoris ſuccederet &

per cōciliū ita cōclude retur. ctuum teneantur.de elec.commiſſa.lib.vi. vbi etiam dicitur,quòd illi qui talibus conferunt beneficia promotionē exigentia,quos nō credunt promoueri,quòd propter dictam quam incurrunt offenſam ſunt obligati ad eccleſiam conſeruandam indemnem.

Titulus trigeſimuſquartus.

Vt primæ ſedis epiſcopus, princeps ſacerdotum, uel uniuerſalis eccleſiæ non appelletur.

ITem cùm in.xxvi.cap.iii. concilii Carthagineñ. fuerit conſtitutum, vt primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotū,aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huius,ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus,& Grego. Eulogio Patriarchæ Alexandrino ſcribens,reprehendat eum:quia in literis directis ipſi Grego. vocauerat eum Papam vniuerſalem:& prohibebat quòd hoc de cętero nō fiat,dicēs: quòd prælatis ſubtrahitur quod eidem Papæ pluſquam non exigit,præbetur. Et quòd ipſe non quærit proſperari verbis,ſed moribus: & quòd honorem ſuum nō deputat, in quo fratres ſuos honorem perdere conſiderat:quia honor ſuus, eſt honor vniuerſalis eccleſiæ,& fratrum ſuorū ſolidus vigor. Tunc ipſe honoratus eſt, cùm ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Si autem vniuerſalis ſedes aliorum prælatorum eum dicit,negat ſe hoc eſſe,fatendo ipſum vniuerſum Papam. Quare vult idem Papa ꝙ ceſſent talia verba, ne vniuerſalis vocetur: quæ verba veritatem inflāt:& charitatem vulnerant. nonageſimanona diſtinctione, ecce.ad prędicta facit quod admonendi ſunt ſubditi, ne pluſquā expediat ſint ſubiecti. Sicut idē Gregorius ait, ne cùm ſtudent pluſquam neceſſe eſt hominibus ſubiici,compellantur eorum vitia venerari. ſecunda quæſtio.ſeptima.admonendi. Cęterum namque eſt quòd illud quod vni attribuitur, alii ſubtrahitur,ſicut probari poteſt.xlv.diſtinctione.diſciplina.lxxxv. diſtin.archidiaconū.extra de reſcriptis.olim.in fine.ff.de iudi. cum pretor.facit.C.de caducis tollen.l.i.§.vlti.C.de nup.imperia

Honor quādo ſubtrahatur.

Verba ueritatē inflātē & charitatē uulnerant.

lis.in principio. Ad idem etiam facit. Nam beatus clemẽs & alii Romani pontifices etiam hactenus ſcribendo epiſcopis, præferebant eos ſibi, ſicut apparet in epiſtola. iiii. Clemen. xii. quæſti. i. dilectiſsimis. & in epiſtola Damaſii ad Euſebiũ Cartagineñ. epiſcopum, & in epiſtola Euariſti Papæ directa fratribus vniuerſis epiſcopis Aphricæ regionis. Et in epiſtola Alexandri Papæ directa omnibus epiſcopis per diuerſas regiones conſtitutis. Et in epiſtola Sixti Papæ, qui ſe vocabat ſimiliter Romanæ vrbis archiepiſcopum, directa omnibus epiſcopis: & in epiſtola Thabeſſori Papæ, qui ſe ſimiliter vocabat Romanæ vrbis archiepiſcopum, directa fratribus chariſsimis & dilectiſsimis epiſcopis. Et in epiſtola Pii Papę q ſe ſimiliter dicebat appoſtolicę ſedis archiepiſcopum, directa omnibus eccleſiis in eadem, in qua ſumus fide & doctrina, manentibus: & in epiſtola Soceri Papæ, directa dilectiſsimis fratribus epiſcopis per Italiæ prouincias conſtitutis: & in epiſtola Zepherini vrbis Romanæ archiepiſcopi, directa fratribus chariſsimis militantibus per AEgyptum. Et in epiſtola Calixti Papę, directa chariſsimis atque dilectiſsimis fratribus per Deciſſę atque Toletanę prouincias conſtitutis: in epiſtola Fabiani Papæ, directa dilectiſsimis vbique catholicæ comminiſtris. Et in epiſtola eiuſdẽ, directa Hilario epiſcopo. Et in epiſtola cornelii Pap. directa chariſsimis atque dilectiſsimis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis. Et in epiſtola Lucii Papæ, directa dilectiſsimis fratribus omnibus epiſcopis in partibus occidentalibus tam in Galliis quàm Hiſpaniis conſiſtẽtibus. Et in litera Stephani Papæ, directa Hylario epiſcopo. Et in litera Sixti Papæ, directa dilectiſsimis fratribus per Hiſpaniarum prouincias conſtitutis. Et in litera Felicis Papæ, directa paterno epiſcopo, & etiam Berengario epiſcopo. Et in litera Anthiſiani Papæ, directa epiſcopis per Beticam prouinciam conſtitutis: & in litera Gaii Papæ, directa Felici epiſcopo. Et in literis Marcelli Papę, directis epiſcopis per oriẽtales, & Antiochenas prouincias cõſtitutis. Et in literis Sicebii Papę, directis epiſcopis per Gallicanas ꝑuincias, & per Cãpaniã prouinciã & Tuſciã cõſtitutis. Et in literis Melchiadis Pa

Pa. olim ſe nominabat ut hîc ponitur.

pæ directis Benedict. & Laurẽtio, & cęteris epiſcopis Hiſpaniarum prouinciarum. Ex quibus omnibus videretur modus aſſumendus, quòd ſic Romana inſcribẽdo honorẽ eccleſia, & ꝙ aliis honor debitus nullus negaretur.

Titulus trigeſimuſquintus.

Vt nulli in eccleſiis conuiuentur, nec placita teneantur in eis, & ꝙ cõfratriæ in quibus tam clerici quàm laici ſe ingurgitant, tollerentur: ſed daretur pauperibus quod expẽderetur in eiſdem.

IN trigeſimoſecundo capitulo tertii concilii Carthaginenſis fuerit conſtitutum, quòd nulli epiſcopi vel clerici in eccleſis conuiuentur, niſi fortè trãſeuntes hoſpitiorum neceſsitate illic reficiant, & quòd populi etiã ab huiuſmodi cõuiuiis quantũ fieri poteſt, prohibeãtur. quadrageſimaſecunda diſtinctio. nulli. Et idem etiam prohibetur in concilio Laodicenſi. idem habetur ex dictis beati Auguſtini & Benedicti. eadem diſtinct. nõ oportet. i. & illis paleis ſignatis pro capitulis oratorium, & in oratorio, & placita in eis teneri non debeant, vt in generali concilio per Greg. celebrato de immunitate eccleſiæ. decet. lib. vi. nec confabulationes, nec negotiationes fieri ſicut multipliciter probatur idem, & quo ad eccleſias & cemiteria eorundem, ſed pœna ſpiritualis quo ad contrarium attentantes non imponatur ibidem, ſed comminetur quo ad hoc dũtaxat, quòd proceſſus & ſententiæ in dictis locis habiti & habitæ careant firmitate. Et prædicta iura & concilia diuinis & humanis legibus conformia in pleriſque mundi partibus non ſeruentur. Videretur vtile quòd ſuper eorũ obſeruatione prouiſio haberetur. Videretur inſuper vtile, quòd cõfratriæ in quibus tam clerici quàm laici ſe ingurgitãt & comeſſationibus & æbrietati, & in multis diuerſis tractatibus contra eorum ſuperiores vacant, reprobarentur. Et quòd illud quod in eis expenditur, pauperibus diſtribueretur, vel expẽderetur ad honorẽ illorũ ſanctorũ pro quorũ veneratione cõfratriæ dedicũtur ſupradictæ,

Nec contrariatur concilium Gangreñ.xxx.diſt.ſi quis per ſuperbiam.&.xlii.diſtinctio.ſi quis deſpicit.quia loquuntur cũ quis per ſuperbiã deſpicit cõgregationes quæ fiunt in baſilicis ſanctorum vel conuiuia quę pauperibus largiuntur:quæ intra eccleſias fieri non debent,nec miniſtri altaris partes à talibus cõfratribus recipere debent.xlii.diſt. non oportet primo.&ſecundo.&.c.nulli.

Titulus xxxvi.

Vt pœnitentib⁹ iuxta peccatorum ſuorum modum pœnitẽtia imponatur, & canones pœnitentiales ab omnibus obſeruentur.

ETiã in.xxxiii.c.tertii cõcilii Carthagineñ.fuit cõſtitutũ vt pœnitẽtibus ſecũdũ differẽtiã peccatorũ epiſcopi arbitrio pœnitẽtiæ tẽpora decernãtur.quod.c.ponitur xxvi.q.vii.pœnitẽtib⁹.& idẽ habeat̃ ea.q.in.cc.præcedẽtibus & ſubſequentibus.& de pœnitẽ.diſt.ii.& c.facta.& de pœniten.diſt.v.c.i.cũ ſequẽtib⁹.Et prædicta iura & cõſimilia vt in ipſis iuribus.de pœnitẽ.diſt.i.mẽſurã.ac in aliis notatur, intelligantur cùm pœna nõ eſt expreſſa à iure:quia aliter ſecundum Grego.falſas pœnitentias dicim⁹ quæ non ſecundum authoritatem ſanctorum patrum pro qualitate criminis imponuntur.de pœniten.diſtinctione.v.falſas.& facit extra de offi.delega.de cauſis. cùm ei⁹ cõcor.Videretur vtile quòd canones pœnitentiales quos ſecundum beatum Augu.omnes ſacerdotes ſcire debent:& ſi ignorent, ſacerdotum nomen vix habere non merẽtur xxxviii.diſt.quæ ipſis ſacerdotibus in vnũ redigerẽtur volumen,cuius copia & notitia ex neceſſitate ab omnib⁹ curatis & aliis confeſſiones audientibus haberetur & ſciretur.Ad hunc finẽ vt cauſa debita pœnas ibi cõſtitutas aggrauare mitigare & cõmutare valeãt.vt.50.diſti.de his vero.& c.de his clericis.xxxiiii.di.fraternitatis.nihilomin⁹ tamẽ innoteſceret peccatoribus cõfitẽtibus dictas pœnas vt pœnitẽtias fuiſſe ſpirituſſancti inſtinctu à ſanctis patrib⁹ & cõciliis cõſtitutas.xvi.diſt.habeo librũ.xx.diſt.§.ibi plurimi autem tractatorum ſicut pleniori gratia ſpiritus

Falſa pœnitẽtia dicitur q̃ nõ ſcd̃m authoritatẽ ſanctorũ patrũ imponitur.

Canones penitẽtiales ſciant ſacerdotes.

ſanǙi. Ita ampliori ſcientia aliis præcellentes rationi magis adhæſiſſe probentur.

Ex hoc nẽpe ſequitur quod Hieronymus probat, quòd nullus confitentium cui pœna indiceretur canonis pro crimine determinata, dubitaret peccatum ſuũ ſceleratius eſſe cõmiſſum, quod videretur fuiſſe grauius vindicatũ. xxiiii. quæſt. i. non afferamus. Nam & lex ciuilis dicit quòd maiora delicta, maioribus pœnis, minora verò delicta, minoribus pœnis ſunt punienda. Et in delicto ęquali proximas eſſe pœnas. in auten. vt fratrum filii. collat. ix. xl. diſtincti. homo Chriſtianus.

Maiora delicta pœnis maioribus ſunt punienda.

Titulus trigeſimuſſeptimus.

De acquiſitis ab his qui eccleſiaſticum obtinent gradum, ut eccleſiis conferantur.

PRæterea in 50. & penult. ca. conci. iii. Aagathen. fuit conſtitutũ. quòd epiſcopi, presbyteri, diaconi, & quicunque clerici qui nihil habentes, ordinantur, & tempore epiſcopatus vel clericatus ſui, agros & quæcunque prędia nomine ſuo comparãt tanquam rerum dominicarum, inuaſionis crimine teneantur, niſi admoniti eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſsione cognationis euenerit, faciant inde quod eorum propoſito congruerit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni tanquam reprobi iudicentur. Et cùm prædictum concilium poſitum. xii. quæſtio. iii. placuit. conſors concilio Tole. ea. quæſt. quicunque. & ea. cauſa. & quæſtio. iiii. ſacerdotes. & conciliis Brachareñ. & Magũtineñ. ea. quæſti. quicunque. & cap. presbyter. & concil. Agatheneñ. liii. & liiii. cap. Martini Papæ & canonibus apoſtolorum. ea. cauſa. & quæſt. i. epiſcopi de rebus. & cap. manifeſta. & cap. ſi manifeſte. & iura conſimilia non ſeruentur: nec fiat inuẽtarium à dictis epiſcopis, in eorum promotione, ſecũdum doctrinam Papę Pelagii traditam. xxviii. diſtin. de ſyracuſane. Videtur penſandum, an expediret iura huiuſmodi obſeruare: & in v. c. ii. concilii Toleta. In quarto autem c.

ix. concilii Toletan. continetur, quòd de conquæſitis per presbyterum, fiat æqualis diuiſio inter eccleſiã, & eius hęredes, qui tamẽ nihil poſſunt abſq; volũtate de bonis mortui epiſcopi vſurpare: vt in cap. eiuſdẽ cõcilii. poteſt tamen idem epiſcopus tertiam eccleſiaſticarum rerum ſibi, cùm voluerit conferre, ſicut in vi. cap. dicti concilii continetur. Prouidendum eſt inſuper quòd dictæ perſonæ eccleſiaſticæ non ditarent, nec exaltarent, nec nobilitarent parẽtes ſuos de bonis eccleſiaſticis, & quòd facta in contrariũ, vt melius poſſent, corrigerentur. *Ditari nõ debent parẽtes de bonis eccleſiaſticis.*

Titulus trigeſimuſoctauus.

De aliquibus epiſcopos & prælatos contingentibus, quæ principaliter per omnia non obſeruantur. & de ſtatu, & exceſsibus eorũdem. & ut pauperibus ſcholaribus, in ſcholis prouideatur. Et quòd prælati & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, ſicut iura præcipiunt, de iuribus & rebus eccleſiaſticis ſpiritualibus nihil diſponere in iudicio laicorum præſumant: nec propter eorum prohibitionem eccleſiaſticam dimitterent iuſtitiam exercere. Et quòd excommunicationis ſententia non fulminetur ſuperfluè, uictus & ueſtitus familiæ eorum prouideatur.

CVm conſtitutum etiam fuerit in iii. cõcilii Carthaginẽ. cap. xiiii. xv. & ſequentibus. quòd epiſcopus vilem ſupellectilem & mẽſam ac victum pauperẽ habeat, & dignitatis ſuæ authoritatem fidei & vitæ mẽtis quærat, & quòd hoſpitiolum non longè ab eccleſia habeat. quæ cap. ponuntur xli. diſtin. epiſcopus. & in xvi. capi. eiuſdem cõcilii contineatur, quòd epiſcopus indigentium curam per presbyteros & diaconos agat. & in xviii. cap. eiuſdem concilii ſtatuatur, quòd epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat. & in xix. quòd epiſcopi pro rebus ſecularibus nõ litigent. & in xx. c. quòd epiſcopus tantùm diuinis vacet. Quæ capitula pro maiori parte. lxxxviii. diſtinctio. epiſcopus. i. & ii. Et in xxii. & in v. & vi. lvii. xxxi. xxxiii. & vi. & v. capitulis eiuſdem conci. continetur, quòd epiſcopus ſine teſtimonio clericorum & plebis, clericos non

inſtituat: & ꝙ cauſas clericis præſentibus audiat. Et quando prædicat, nullus diſcedat, alioquin excõmunicetur. Et quòd epiſcopos diſcedentes ſynodus reconciliet: & quòd de loco ignobili ad nobilem, per ambitionẽ non tranſeat: & quòd rebus eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur. Et quòd epiſcopus ſedens in aliquo loco, ſtare presbyterum non patiatur. Et quòd licet in eccleſia in conſpectu presbyterorum ſit ſublimior, intra domum collegam ſe presbyterorum agnoſcat. Quæ capitula ſunt aliis iuribus & conciliis conſona. xc. diſtin. c. i. & c. diſcedentes. xcv. diſtin. olim. & c. epiſcopus. & c. epiſcopus. i. & iii. & vii. q. i. placuit, vt nemini facultas ſit. cum cc. præcedentibus & ſequẽtib. xv. q. vii. epiſcopus nullus cauſam audiat. cum præcedentibus & ſequentibus.

Epiſcop⁹ circa pſbyteros.

Et cùm ſupradicta iura non ſeruentur, nec etiam conſimilia, videretur ſuper hoc prouidendum, & ſuper conſimilibus, vt eſt v. c. v. conci. Carthaginẽ. in quo ſtatutum eſt, vt nulli epiſcopo ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam, in diœce. conſtitutam, ſe conferre, vel in re propria diutius quàm oporteat conſtitutum, curã vel frequentationem propriæ cathedræ negligere. vii. q. i. placuit. i. In quo etiam concordat Nicenũ concilium, dum in eo prohibetur, epiſcopis & reliquis clericis migrare de ciuitate in ciuitatẽ. Et Grego. qui ſtatuit, ꝙ in monaſterio deputaretur epiſcopus, qui in eccleſia ſua reſidere cõtẽnit. vii. q. i. non oportet. & cap. peruenit. & ſicut eſt cõcilium Carthaginẽ. iii. & xxii. c. in quo conſtitutum eſt, ꝙ plebes alienas non vſurpent. ii. q. i. placuit ii. Et xxiii. c. eiuſdem concilii, vt ſ. alienos clericos nõ auderẽt retinere, vel etiã ordinare. lxxi. diſt. de aliena. cum c. prǫcedentibus & ſubſequentib. Et cap. xxx. eiuſdem conci. vt ſine licentia Metropolitani, longè non proficiſcantur. & xlviii. vt facti epiſcopi ſolùm illã diœce. retineant, ad quam fuerunt ordinati. Et ſicut eſt illud concilii Agathen. vii. c. i. ſi quis in clero. vt ſ. diebus ſolẽnib⁹ natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchæ, & Pẽthecoſtes ipſi & alii de clero ab eccleſia nõ abſentent: & ꝙ dictis diebus extra parochiales eccleſias miſſæ in oratoriis priuatis cũ altari portabili nõ dicantur, de

Quibus dieb⁹ epiſcopi non debeant ſe abſentare

conſecratione di.i.ſi quis etiã extra. Et ſicut eſt illud Anacleti Papæ de conſecratione.diſti.i.epiſcopus Deo ſacrificans,teſtem ſecum habeat. In ſolẽnibus quippe dieb⁹,aut ſeptem,aut quinq;, aut tres diaconos, ſubdiaconos,& reliquos miniſtros & ſacerdotes ſecũ habeat. Et illud Lucii Pap.eadem diſtin.inhibemus. quòd in omni loco epiſcopum non deſerant duo presbyteri & tres diaconi,propter eccleſiaſticum teſtimonium.& ſicut eſt illud Grego.in generali ſynodo.Cùm paſtoris vita in exemplum debeat eſſe diſcipulis, plerunq; clerici qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis,neſciunt: quam tamen ſeculares pueri & ſeruientes ſciunt.de qua re, præſenti decreto conſtituimus, vt quidã ex clericis vel etiam ex monachis electi in miniſterio cubiculi pontificali obſequantur: vt is qui in loco regiminis eſt,& tales habeat teſtes, qui verã eius in ſecreto conuerſationem videant,& ex ſedula viſione,exẽplum profectus ſumant. Et idem Virgilio epiſcopo,eadem diſti.peruenit. quòd epiſcopi ſuos & diſſolutos,in ſua ſocietate non retineant. Et illud Paſchalis Papæ,eadem quæſtio.i.capit.vlt. quòd ſi ipſi epiſcopi lectioni & orationi vacarẽt:& in hoc Moyſem & Aaron immitentur. trigeſimaſexta diſtinctio. ſi quis. Et illud quod illi epiſcopi qui impotentes ſunt, ſibi petant coadiutores dari.ſeptima quæſtio.prima.petiſti.& capit.quia. & decimaquinta quæſtion.ſexta.alius.& illud Gelaſii Papæ,vigeſimatertia quæſtione octaua.quo auſu. & ſequentibus. quòd ſine authoritate Papali, vel concilii prouincialis, ad comitatus regales non accedant. Non enim in epiſcopos inungantur,niſi vt procuratores animarum & diſtributores ſpiritualium exiſtant.vndecima quęſtio.i.§. ex his omnibus. & vt docti alios doceant.lxxxvi. diſt. per totum.& vt viduis,& orphanis, & oppreſſis eorũ præſidium implorantibus, ſuum patrocinium largiantur. lxxxvii.diſti.per totũ.& in eis vita & doctrina concordẽt, & lectioni,orationi,& prædicationi vacent.xliii.diſti. §.i. lxxxvi.diſt.fratrem.& lxxxviii.diſt.epiſcopus nullã. Et vt vigilanter & ſollicitè populos ſibi creditos regant.ea.diſt. rationis.vii.q.i.ſuggeſtũ. & ii.cc.ſeq. Et vt res eccleſiaſticas habeãt, regãt nõ ad diſsipandũ,ſed ad diſpẽſandũ.xii.

Paſtoris vita debet eſſe exẽplũ diſcipulis.

Non inũgantur in epiſcopos niſi ſpiritualium diſtributores.

q.i.epiſcopus.& c.expedit.& c.res eccleſiaſticæ.cũ duob[9] ſequen.& de eis hoſpitales exiſtant.xlix.diſtin.§.hoſpitaliũ.& de ipſis rebus eccleſiæ primùm ſibi,poſtea miniſtris, & demum aliis fidelibus prouideāt.xii.q.i.nulli epiſcoporum.& quòd eas in ſuam aut ſuorũ proprietatem nõ conuertant.xii.q.i.epiſcopus.& c.res eccleſiaſticæ.& in vii.c. concilii Agatheñ.quòd de ipſis rebus eccleſiaſticis & earũ diſpẽſatione rationem audiant.x.q.iii.ca.i.& quòd eas nõ alienent.de his quæ fi.à præla.ſine conſ.cap.nouit.Quòd eccleſiæ deteriorem conditionem non faciant,extra de in integ.reſti.c.i.quòd ꝓuideāt de ꝑſonis,per quas eorũ ſubditis prędicetur.extra de offi.ordi.c.inter te. & c.quoniā. Quòd ordinent vt in eccleſiis eorum cathedralibus & baptiſmalibus ſint magiſtri,qui gratis ſcholares pauperes doceant:& pro docendi licentia nihil exigant,ſicut prouidẽ fuit conſtitutum in cõcilio Lateraneñ. extra de magiſtris. c.i.Et per Innoc.iii.in concilio generali eo.tit. quia nonnulli. quæquidem ſtatuta eſſet perquā vtile obſeruari, & etiam in hoc videretur vtile ampliari, vt decima pars omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, ſecularium & regulariũ aſsignarentur pauperibus ſcholaribus in ſingulis facultatibus ſtudẽtibus in ſtudio generali:per quos Dei poſſet illuminari eccleſia:qui in ea(prout Dañ.xii.legitur, & eo.tit.ſuper ſpecula.) velut ſplendor fulgerent firmamẽti. Ex quibus poſſet poſtmodum copia doctorum, qui velut ſtellæ in perpetuam æternitatem,manſuri, ad iuſtitiā plurimos erudirent. Et poſſent de eruditis & nutritis ordinari qui in ciuitatibus & diœceſibus & monaſteriis,de quorum bonis & beneficiis nutriti & inſtructi fuiſſent, domino famulentur: iuxta illa cc.lxi.diſt.nullus.& c.enutritis. lxx. diſt.clericos. & prout plenius dictum eſt ſuprà,in xv.titu. huius ſecundæ partis.

Diſtributio bonorũ eccleſiæ fiat ut hic dicitur.

Quæ eccleſiæ ꝓlatos deceat facere.

Decima pars beneficiorũ aſſignanda pauperib[9] ſcolarib[9].

Sanè cùm dicti epiſcopi & prælati ſint in loco apoſtolorum,vt lxxii.diſt.quorum vices.& xxi.di. in nouo.reprehenduntur à Hieronymo: non ſolùm ſi ſermones eorum non imitantur, ſed etiam conuerſationem & abſtinẽtiam, xxxv.diſt.eccleſiæ. Vnde deberẽt curare,quòd in eis non eſſent illi defect[9],de quibus dictũ eſt ſuprà in xxxii. titulo huius

Hic ponũtur ꝓlatorũ exceſſ[9]

titulo huius ſecundæ partis. Et quòd præcauerent ſibi ne eorum ſubditos talliis & aggrauationibus aggrauarent: & ne per parochias eccleſias ſuas crudeliter deſeuirent, & ne rectores in procuratoribus grauarent: ne victum longi tẽporis breuis hora conſumat. ſicut habetur ex concilio Lateraneñ. extra de cenſi. cum apoſtolus. x. q. iii. quia cognouimus cum quatuor. cc. ſequentibus. xviii. diſtin. quoniam quidem. de cenſibus. ea. quę. de priuilegiis. cum ad quorũdam. de immuni. eccle. quia plerique. manus nanque ſuas deberent ſeruare innoxias: nullúmque lucrum cõtingere. in autent. de manda. princi. §. 1. colla. iii. de collatoribus. §. quoque. colla. ix. C. de ſuperindicto. l. i. libr. x. ff. de dam. infect. ex damni. Cauere etiam ſibi deberent ne excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias iniuſtè & iuris ordine non ſeruato, & ſine cauſa legitima vel ex odii fomite proferant. de exceſsibus præla. ca. i. de appellatio. reprehenſibilis. de accuſati. qualiter. ii. §. i. ad finem. ii. q. i. nemo. xi. q. iii. §. ſi ergo. & §. cum ergo. & ca. nemo quorũ. & ſequenti. vbi inter cætera continetur, quòd ex leui cauſa non deberent huiuſmodi ſententias fulminare: nec etiã ex iniuſta, cùm hoc parum referat vtrum iuſta cauſa ſit vel iniuſta. ff. de authorita. tuto. nulla differentia. quæ tamen malè ſeruantur in eccleſia Dei, cũ pro ſex denariis in multis partibus dictæ ſententiæ proferantur.

Cenſim nõ ferantur iniuſtè.

Inſuper prouideri deberet cùm dicta ſentẽtia ſit mucro epiſcopalis, qui ſæpius hebetatur vel frangitur. cùm de eo paſsim & indiſtinctè percutitur. xv. quę. ii. viſis. & ſit talis pœna dicta excommunicatio, qua nulla maior eſt in eccleſia. ſicut ait Auguſtinus. xxiiii. q. iii. corripiantur. Vnde cũ pœna debeat proportionari delicto. xxiiii. q. iii. non afferamus. in fin. nec ſit excommunicandus quis, niſi pro mortali peccato: cũ anathema ſit æternę mortis damnatio, nec ſit infligẽnda niſi illis qui aliter corrigi non poſſunt, ſicut habetur in concilio Meldeñ. & in dicto c. nemo epiſcoporum. nullus ſacerdotum quenquã hominem rectæ fidei ꝓ paruis & leuibus cauſis excõmunicare habeat. ſicut dicitur in conci. Agatheñ. c. iii. & in conci. Aluerneñ. xi. q. iii. epiſcopi. & c. nullus ſacerdotũ. q̇d minime obſeruatur in Ro-

Mucro ep̄alis dicitur ſententia excommunicationis.

mana eccleſia:in qua & à cuius delegatis cõtra prælatos & alios pro minimo ſententiæ fulminantur,contra decretalẽ illã Alexã.iiii.de offi.deleg.quia põtificali.& hoc nõ iniuſtè Dei iudicio:vt in quo ipſi plati & eorũ curiæ delinquũt & hoc etiã puniantur.xiii.q.i.§.his.i.q.i.§. ex his.vt q ſtulti ſunt in culpa, ſapiẽtes efficiãtur in pœna.ſecundũ dictũ Grego.in moral.xxxviii.diſtin.qui ea.Itẽ debẽt ſibi cauere dicti prælati ne nimiũ rigidi vel nimiũ remiſsi exiſtant. xl.diſtin.diſciplina.nec ſine cõpaſsione puniant.xlvi.diſt. habet hoc. & ne propter prædicationem ſuperbiãt, vt ibidem,nec indignos promoueant.xxiii.diſtin.tales.xlix.diſtin.per totũ.lix.diſt,lxi. diſt. per totũ. item ne exquirant nimis delicata cibaria.xii.q.ii.Gloria epiſcopi. xxxv.diſt. eccleſiæ.nã venter cui coquorũ multitudo deſeruit, ædificia virtutũ ad ſolum redigit.&venter mero ęſtuãs,cito deſpumat in libidinẽ,ſicut Hierony.ait.xxxv.diſtin.venter. xliiii.diſt.§.i. Vnde videretur quod circa ſuperfluitatẽ cibariorum,& etiã circa ſuperfluitatẽ ornamentorum, & veſtium ac familiarũ, prouideri haberet. ita vt nec ſordidis, nec nimiis ac fulgidis veſtibus ſe ornarent,vt enim ait Hieronymus.nec affectatæ ſordes,nec exquiſitę delitiæ laudẽ pariunt:quod tam de veſtimentis q̃ de cibis intelligẽdum eſt,ſicut plenè probatur.xli.diſt.§.i. cũ cc.ſequentibus. & xxi.q.iiii.per totũ.nam qui mollib⁹ veſtiuntur,in domib⁹ regum ſunt:vt ea.q.c.i.vnde dicti epiſcopi & prælati non deberent incedere ſine rochetis, nec ipſi & presbyteri ſine veſtibus eorũ ordinibus congruẽtibus.ea.q.nullus. cũ tribus cc.ſeq.Item debent ſibi cauere dicti pręlati,ne redditus diminuant ſubditorũ,nec decurtent priuilegia eorundem.de priuile.c.i.& c.ad hæc.ne ſede vacãte.ca.i.de exceſsi.prælato.dilecti.& c.ſanè.Ad hanc rubricã de epiſcopis.faciunt & adduci poſſunt illa quæ poſita ſunt ſuprà in i,titu.& in iii.& in iiii.primæ partis.& in multis tit. huius ſecundę partis,ſcilicet in i.ii.iii.vii.viii xi.xiii.xv.xvi.xvii. xviii.xx.xxii. xxiii. xxiiii.xxvii.xxviii.xxix. xxx.xxxiii. xxxv.& xxxvii. Quæ poſſunt ad ea quæ tãgunt prælatos & epiſcopos & quę in eis correctione & reformatione indigẽt,adaptari. Ad prædictorũ etiam epiſcoporum officiũ

Mala ex uetre impigato procedentia.

Inceſſus prælatorũ cum rochetis ſit.

Prælati

pertinet,& pauperibus vt infirmis qui debilitate faciente, nõ poſſunt ſuis manibus laborare,victũ & veſtitum inquã tum poſsibilitas habuerit,largiãtur.ſicut habetur in xii. c. conci.Aurelianeñ. & quod de his quæ oblatione fideliũ in altario conferũtur,medietatẽ ſibi vendicẽt, & medietatem clero diſpẽſant. Et ꝙ de his quæ parochiis & aliis offeruntur ſeruãt antiquos canones,& ꝙ in eorũ remaneãt poteſtatem ſicut in x. & xi.c.dict.conci.Aurelianeñ.cõtinetur. Et ꝙ diebus dñicis niſi infirmitate impediti eccleſiis quib⁹ proximi fuerint,deeſſe nõ debeant:ſicut in vlti.c.dict.cõcilii cõtinetur.& de conſe.diſt.iii. epiſcopus ſi infirmitate. Et cũ prędictis concordant etiã alia concilia & iura.x.q.i. &.i.q.ii.& iii.& xii.q.i.& in multis ca. quæ hodie nõ ſeruantur.ſicut eſt iiii.c.xviii.c.& vii.concilii Toletani poſitis.x.q.iii.inter cætera.vbi excommunicationes epiſcopis Galliæ,de quibus ſpecialiter conquerebantur ſubditi propter rapacitatẽ eorum prohibẽtur.Contra omnes autem ſe ingurgitãtes inuehitur diſputatio ſeptimi cõcilii Tole.In concilio autẽ Aureliañ. ꝙ ſtatuit epiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus,eccleſiæ cui proximus fuerit die dominico deeſſe nõ debet.& ponitur dictũ c.de cõſecra.diſt. iii.epiſcopus. Secundũ etiam iiii.conci.Carthagineñ.epiſcopus vilẽ ſupellectilem & mẽſam & victũ pauperem: & hoſpitiolũ non longè ab eccleſia habere debet:& dignitatis ſuæ authoritatẽ fidei & vitæ meritis q̃rere.xli.diſt.epiſcopus. Verũ cùm in regno Siciliæ & in multis aliis mundi partibus ſint epiſcopi adeò pauperes,quod vix vnũ equum & vnum ſeruitorẽ ſecum tenere poſsint,& ex hoc vileſcat apud vulgus conditio eorundẽ,videretur ſuper hoc prouidendũ. Cum etiã in multis diœceſibus ſint aliquę eccleſiæ &aliqui prioratus tẽporaliũ iuriſditionẽ habentes,quã per ſeipſos regere & defenſare nõ poſſunt,& ſic in eccleſiaſticum præiudiciũ deperit & ad poteſtatẽ deuenit laicorũ eccleſiæ oppidò infeſtorum. Videtur ſuper hoc prouidendũ, quòd prælati & aliæ pſonæ ſicut iura pcipiunt, de iuribus & reb⁹ eccleſiaſticis ſpiritualib⁹ nihil diſponere in iudicio laicorũ,nec ꝓpter eorũ ꝓhibitionẽ eccleſiaſticã dimitterẽt iuſtitiã exercere ſecũdũ ſyno.Euge.Pa.de iud.decernim⁹.

circa pauperes attendant.

Circa epiſcopos pauperes attẽdatur.

Titulus trigeſimuſnonus.

De oblationibus diſcordantium & opprimantiũ pauperes, & aliquorum aliorum non recipiendis in eccleſia.

ITem in xciii.& xciiii.cap.iii.concilii Carthaginẽſis poſitis.xc.diſtinct.continetur,quòd oblationes defendentium fratrum neque in ſacrario,neque in gazophilacio recipiantur. Et quòd conſimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt à ſacerdotibus,refutentur. Et idem ſtatuit Nicolaus Papa de repudiendis oblationibus ſacrilegorum & inuaſoribus,& depredatoribus rerum eccleſiaſticarum. xii.quæſtione.ii.de viro. Et idem ſcribat Auguſt. in.i.epiſtola ad Bonifacium.c.i. de illo qui per violẽtiam extraxit de eccleſia ſeruum ſuum,qui confugerat ad eandem. xvii. quęſtio.iiii.minori. Et idem ſcribat dictus Auguſt.ad Macedonium de officialibus qui contra ius ſocietatis humanæ furtis,rapinis, calumniis, inuaſionibus & oppreſsionibus aliqua abſtulerint,quæ Zachęi publicani exemplo reddẽda ſunt potius quàm donanda.xiiii.q.v. non ſane.in fine. Et idem dicatur per prędictum Auguſtinum de electionibus non faciendis ex fauore vel vſuris,nec ex quolibet malè acquiſito : vt de alea,ludo, & hiſtrionatu, de ſymonia, de meretricio, raptu & cõſimilibus:vt xiiii.q.v.c.i.cum ſequentibus.& i.q.i.nõ putanda. extra de raptoribus ſuper eo.de vſuris.quia in omnibus.de conſecra. diſtin. iiii.eos. & dicta iura & alia in gloſsis in dictis locis poſitis ſignata non ſeruentur,& hoc auaricię & turpi lucro aſcribatur. Et exinde honeſtas eccleſiæ deformeẽ,videretur eſſe ſup hoc prouidendũ veriſsimè, potiſsimè cũ à religioſis de ordine pauptatis frequẽter vſurariorũ funera ꝑ cęteris honorẽt.

Titulus quadrageſimus.

Defenſoribus eccleſiarum à principibus poſtulandis.

ETiam in x.cap.iiii. concilii Carthaginenſis fuit conſtitutum vt ab imperatoribus poſtulentur defenſores

eccleſiis, per quos eccleſia defenſetur, cum prouiſione epi ſcoporum aduerſus potentias diuitum, à quibus quidẽ diuitibus ipſa eccleſia & pauperes, quorũ defenſio ad eccleſiam pertinet, affliguntur. Et iſtud ſit ſatis conſonũ aliis iuribus: vt x. diſt. ſi in adiutoriũ. cũ beatus apoſtolus (vt ibidem habetur) & Actuũ. xxii. aduerſus iniurioſos auxiliũ imperiale inuocauerit. Et imperatores, reges, & principes à Deo fuerunt cõſtituti, vt ipſam eccleſiã eiuſque miniſtros debeant defenſare. xxiii. q. v. principes. & c. regũ. & c. adminiſtratores. & q. iiii. c. nimiũ ſunt inquieti. vſq; in finem quæſtionis. & dicti defenſores eſſent modernis tẽporibus eccleſiis & pſonis eccleſiaſticis perquã neceſſarii, quia indebitè ab eis, & ab aliis pluribus affliguntur. Videretur ꝓuidendum ſi eſſet vtile huiuſmodi defenſores ab vniuerſis principibus per eccleſiã poſtulari. Cùm perſonæ eccleſiaſticæ ex quadam neceſsitate habeant hodie plus cæteris in curiis principum litigare. Idẽ etiam fuit ſtatutum in xvi. cap. conc. Milleuitani, vt ſcilicet pro cauſis eccleſiarum aduocati à principe poſtulentur. *Principes conſtituti ſunt ad eccleſiæ & eius miniſtrorũ defenſionem*

Titulus quadrageſimuſprimus.

De conſecratione & congregatione concilii generalis

EQuidem in viii. c. concilii Milleuitani ſub Imperatoribus Archadio & Honorio celebrati, fuit cõſtitutũ, quòd cauſæ eccleſiaſticę quæ cõmunes non ſunt toti eccleſiæ Affricanę, in ſuis prouinciis iudicẽtur, & quòd illis qui cõmunes ſunt, generalis ſynodus cõuocetur. Videtur vtilę, quòd predictũ conciliũ per Romanã eccleſiam ſeruaretur quandocũque iura condẽda ſunt, cũ dicta iura pro tãgentibus cõmunem vtilitatẽ ſint edenda. iiii. diſt. §. i. & c. factę. & c. erit. Et quòd idẽ ſeruaretur quãdocunq; aliquid eſſet ordinandũ de tangẽtibus cõmunem ſtatũ eccleſię vel ius nouũ condendũ. Cùm illud quod omnes tãgit, ab omnibus approbari debeat. lxv. diſt. c. i. ii. & iii. lxvi. diſt. ca. i. Sanè in ii. conc. Areleateñ. c. xvii. cõtinetur ꝙ ad Arelatẽſis epiſcopi arbitriũ ſynodus eſt congregãda. Ad quã vrbẽ ex omnibus mũdi partibus prælati veniẽtes ſub S. Martini *Ius nouũ non cõdetur, niſi ij quos tãgit uocentur.*

tempore legimus concilium celebratum fuiſſe. Veruntamen xvii.diſt.§.i,cum cc.ſequẽti.Marcellus,Iulius,Damaſus,Gregorius, Pelagius & Symachus Papæ ſcribunt hæc ad Romanam eccleſiam pertinere.

Titulus xlii.

De præſidibus reipub.ut ſinc licentia epiſcoporum non communicent.

ITem in vii.c.conci. Arelateñ.fuit cõſtitutũ de præſidib⁹ qui fideles ad præſidatũ proſiliunt,vt cũ promoti fuerint literas accipiant eccleſiaſticas communicatorias:ita tamen in quibuſcuq; locis geſſerint ab epiſcopis eiuſdẽ loci, cura de illis agat:vt cùm cœperint cũ diſciplina publica agere, ſcilicet cõtra eccleſiã, tũc demũ à cõmunione excludũtur. Et ꝙ ſimiliter fiat de his qui rempub.agere volũt. Videret pẽſandũ propter moleſtiã quã officiales reipubl.ingerunt hodie eccleſiæ,ſi dictum cõcilium poſſet vel expediret reuocari. In vi.verò c.concilii Elibertani ſtatuitur,quòd illo anno quo magiſtratus gerunt,non communicent.

Titulus xliii.

De exequijs epiſcoporum & prælatorum à conuicino prælato peragendis, & cura eius eccleſiæ ſuſcipienda.

COnſequenter,in iiii.& v.cc.cõcilii Regieñ.fuit conſtitutũ,quòd cùm eccleſia epiſcopo caruerit,ꝙ immediatè vicinę eccleſiæ epiſcop⁹ad exequias pro eo celebrãdas accedat,& quòd ſtatũ prædictę eccleſiæ vacãtis diſtrictiſsimè gerat, ne ante ordinationẽ alterius ꝑpter diſcordiam eligentiũ aliqua nouitas vel ſubuerſio eueniat. Et ꝙ per dictũ epiſcopũ inſpectio & deſcriptio omniũ rerũ epiſcopalium fiat: cæteri verò epiſcopi ſine metropolitani licentia nõ accedant vacationis tẽpore:nec etiã alii,ne ſe electioni de ſe celebrãdæ ingerere videantur. Conſiderandum eſt,an expedit ſtatuta huiuſmodi renouari: cùm honeſtatẽ eccleſiarũ & vtilitatem concernere videant. In xii. etiã c.concilii Terraconeñ.ſtatutum eſt, ꝙ vbicũque epi-

ſcopus inteſtatus decedat, de omnibus vtenſilibus & ſupellectilibus & aliis à presbyteris & diaconibus inuentarium fiat: & ſi quid de eis ſubrepſerint, ꝙ furti teneātur. & concordat de electio. quia ſæpe. de offic. ordi. præſenti lib. vi. & in vlti. c. conci. Hilerdeñ. & in ii. iii. & iiii. c. concil. Valentini, & in iii. & vii. c. conci. Tole. In ix. autē. c. xi. concilii Toletani habetur, quòd ſi epiſcopus ſacerdotem tumulauerit, cum etiam locuplex fuerit, quòd non recipiat vltra vnam libram auri. & ſi non ſit locuplex, quòd non recipiat vltra dimidiam, niſi aliqua ornamenta offerantur eidem.

Titulus quadrageſimuſquartus.

De miniſtris, ne ſine chriſmate proficiſcantur.

IN primo c. concilii Auraſici, fuit conſtitutum quòd nullus miniſtrorum qui baptizādi ſumit officiū, ſine chriſmate vnquā debeat progredi: quia baptizādi habent criſmari. Conſiderandum eſt an expediat dictum conciliū obſeruari propter periculū quod imminere poteſt baptizādis in parochiis diffuſis, & in montanis in quibus gentes habitant longè ab eccleſiis: & in regionibus, in quibus Iudęi & Pagani vnà cū catholicis conuerſantur. Ne ſecundum Grego. dum adhuc ad præbendum miniſterium redemptionis tempus quæritur, interueniente paululum mora inueniri non valeat qui redimatur. v. diſtin. baptizari.

Titulus quadrageſimuſquintus.

De immunitate eccleſiarū ſubtrahenda his qui ad eas confugiunt ſi homicidæ uolūtarii fuerint, uel pro debitis fugerint, uel in tali caſu in quo degradati tradi curiæ ſeculari deberent: & ꝙ perſonæ eccleſiaſticæ per iudicum induſtriā & inſidias homicidium committentes degradentur.

LEgimus in v. & vi. c. conci. Auraſi. cōtineri eos qui ad eccleſiā fugerūt tradi nō debere, ſed ob loci ſancti reuerentiā defendi. & ex hoc & aliis conci. & cc. cōſimilibus poſitis. xvii. q. iiii. miror. & c. reū cū ſubſequen. & extra de immu. eccle. quaſi per totum, eccleſia defendat non ſolùm reos ſanguinis de quibus defendēdis loquitur Greg. xxiii. quæſtione, v. reos. & dicto capi. reum. Et pro maiori parte

iura de hoc agentia, verumetiam alios. Et prouiſio Gelaſii Papæ, vt ſerui ad eccleſiam fugientes, ad defraudandũ dominos ſuos poſt præſtitam ſecuritatẽ à domino de impunitate eorundem, de eccleſia extrahantur inuiti. Et quòd idem fiat de fugitiuis àquibus rationes petuntur. decimaſeptima.q.quarta.§. verum.& capi.metuentes & c. vxor felicis.hodie communiter non ſeruetur, nec lex illa. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. præſenti.§. ſi ſeruus. & de immunitate eccleſiarum. inter alia.§.vlt. Quinimo eccleſia defendat paſsim quoſcunq; ad ipſam pro debitis fugientes, nec infrà eccleſiã tales intra fines immunitatis repræſententur iudicibus, nec eccleſia reddat bona talium q̃ aliquando habet, ſicut tenetur facere ſecundũ dictam legem præſenti. & §.ſequentibus. & propter præmiſſa aliquando domini temporales excedentes limites ſuos, infringunt dictam immunitatem eccleſiaſticam, quo ad illos qui fuerunt per eccleſiã defendendi, videretur ſuper hoc prouidendum. Et inſuper de homicidis perpetrantibus homicidia prope cemiteria, vel eccleſias, vel longè ab ipſis, & ad ipſam eccleſiam confugientibus, quòd nullo modo per eccleſiam defendantur: quamquam prætẽdant ꝙ non intendebant per eccleſiam liberari, & quòd erãt aliàs commiſſuri: Eſto quod in eccleſia non confugiſſent. Nam cùm dictum crimen homicidii ſit enorme, nec poſsit eſſe enormi⁹, conſiderata pretioſitate animæ, quę ex morte ſubitò illata corpori, niſi gratia diuina proſpexerit, morte perire poteſt. extra de homici. pro humani. xxiiii. quæſti. iii. ſi habes, prope finem. videretur enim quòd expediret omne homicidium cum deliberatione perpetratum cùm enormibus criminibus computari. Cùm ſcriptũ ſit in Exo. xxi. b. ſi quis per induſtriam occidit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo euelles eum vt moriatur. extra de homici. c.j. Denique quemadmodum depopulator agrorum notorius, & publicus latro de eccleſia extrahitur impunè, vt in decre. inter alia. & xvii. q. iiii. ſicut antiquitus. quamquam longè ab eccleſia delinquant propter enormitatem criminis. ita videretur etiã de omni homicida voluntario clerico & laico, qui per induſtriam & per

Homicidiũ cũ deliberatione ꝑpetratũ.

inſidias occidit proximum ſuum declarandum. in quo ad hoc amplexaretur lex, quæ dictos homicidas ab immunitate eccleſiaſtica excipit.in auten.de manda.princi.§. ſed neq;.colla.iiii.Videretur inſuper quòd idẽ eſſet ſtatuẽdũ, ſcilicet vt nõ gauderet immunitate eccleſiaſtica aliqua ꝑſona eccleſiaſtica confugiẽs ad eccleſiam propter crimen, propter quod eſt degradanda, ſicut eſt in clerico inſidias epiſcopo ſuo parante, & contumelias inferente. xi. q.i.ſi quis ſacerdotum.in incorrigibili qui venit ad profundum malorũ.de iud. cum non ab homine. xvii.diſti.nec licuit. xi.q.i.petimus.xxvi.q.v.de liguribus. in falſariis literarũ apoſtolicæ ſedis.de falſis,ad falſariorum.in crimine hære ſis.c.excomunicauimus.&de hereti.c.ad abolendã.eo.ti. in aſſaſsinis.& in his qui per dictos aſſaſsinos aliquẽ Chriſtianũ interfici fecerunt,vel mandauerũt,aut eos receptauerunt vel defenderunt ſeu occultauerunt:vt in dicta decret.pro humani.de homici.lib.vi. Et in epiſcopo presbytero & diacono qui iuramentũ fidelitatis quo regi ſuo tenetur,violans,in mortẽ eius machinatur:& eius regnũ doloſẽ pertractat.xxii.q.v.ſi quis laicus.quòd aliàs ſignatur pro palea, poſt cap.de forma. Videretur etiam quòd omnes perſonæ eccleſiaſticæ homicidiũ induſtrioſẽ & per inſidias cõmittẽtes, haberent propter enormitatẽ illati criminis,degradari, Nam in. vi. c.concilii Elibertani in Hiſpania celebrati, cõtinẽt,ꝙ ſi qs necdũ cleric⁹ verũ laicus aliquo maleficio inter ficiat alterũ, in fine nõ recipiat cõmunionẽ,ꝓ eo ꝙ tale ſcel⁹ ſine idolatria ꝑfici non potuit. *Degradãdus ad eccleſiam cõfugiens.*

Titulus xlvi.

De incõtinẽtia clericorũ: & an expediret quòd in occidẽtali eccleſia ſeruaretur quod ſeruatur in orientali, quæ uotũ caſtitatis in altaris miniſtris nõ ſuſcepit.Potiſsimè cũ tẽpore apoſtolorũ dicta cõſuetudo oriẽtalis eccl.ſeruaretur.

ITẽ cũ in.xxiii.& xxiiii.ca.ſupradicti concilii Auraſici. & in concilio Neoceſarieñ.Hylerdeñ.Martini Papæ & pene in omnibus conciliis, & pleriſq; Romanis pontificibus ſuper cohibenda & puniẽda clericorũ incõtinentia

& eorũ honeſtate ſeruāda multa hactenus emanauerũt cõ ſtituta. xxviii. xx. xi. xxxii. & l. diſ. xv. q. viii. ext. de vita & hon. cler. & in multis aliis locis & cc. & nullaten⁹ ipſorũ re formari quiuerit correctio morũ. vſqueadeo ſentētiam iudicātium protraxerũt cõmiſſa culparũ, vt nõ tātùm inferreẽ vltio in actores ſcelerũ, verũ etiā in progeniẽ dãnatorũ ſicut dicitur in ix. cõcilio Toletañ. xv. q. viii. cũ multæ. & in flēda carnis ſubtilitate ſubitò corruatur. ſicut dicitur in concilio Hilerdeñ. l. diſt. hi qui. xv. q. vlti. c. ii. Et ſicut dicitur in vii. cõcilio Toleta. procliuus ſit curſus ad voluntatẽ & natura imitatrix ſit vitiorũ. xx. q. iii. procliuus. Et ſicut in eodẽ cõcilio Toletano dicĩt, omnis ętas ab adoleſcẽtia in malũ prona ſit. xii. q. i. omnis ætas. Et caro ſtimul⁹ ſit peccati ſecũdũ Augu. remiſſo peccato primi hoïs, & mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato ad agonẽ & exercitium in eo & in nobis infixæ remanſerunt. de pœnitẽ. diſtinct. i. ſicut primi hominis. & cap. præcedenti: paucíque ſine carnis delicto reperiantur. ſicut ait. Gregor. l. diſtinc. quia ſanctitas tua. ad finem. pro eo quia ſicut dicitur in concilio Toleta. arctiſsima via eſt continentiæ. xxviii. diſt. de his. xxiii. q. v. ferè per totũ. Et pauci reperiantur q in igne poſiti non ardeāt. xxxiii. q. iiii. vir cũ propria. ad finẽ. & ſicut in tripartita hiſtoria cõtinetur quòd Pannutius cõfeſſor licet nuptiarũ inexpert⁹ grauem eſſe cauſam expoſuerit quæ occaſio fornicationis exiſteret. xxx. di. Nicena. Et ſicut præterita mala penſanda ſunt vt futura cautè caueantur. xxxi. diſ. ante trienninũ. circa mediũ. & futuris ſic periculis proinde occurrendũ & eccleſiaſtico ſtatui ꝓuidēdum ne recidiua (quòd abſit) mala præualeant. xxiii. diſtin. c. i. prope prin. & xxviii. diſt. de ſyracuſane. Sítque prædictus ignis concupiſcentię exardeſcens. Eccl. ix. c. vſque ad perditionem deuorans. Prouer. vi. Videretur penſandũ, an expediret & poſſet prouideri, quòd in eccleſia occidētali quantũ ad votũ continētiæ ſeruareẽ conſuetudo ęccleſiæ orientalis quantũ ad promouēdos, ſecũdum dictũ c. Nicena. xxxi. diſti. cum. cc. ſequentibus. Potiſsimè cùm tēpore apoſtolorũ conſuetudo eccleſię oriētalis ſeruaretur ſicut. ſupra. in i. ti. huius ſecundæ partis eſt prolatum.

Caro peccati ſtimulus dicitur

Pannutius hic cõmemoratur, cui⁹ uotũ ſequidetur dicẽdũ, aliás infinita in eccleſia dei ſubſequẽtur icõueniẽtia.

Titulus xlvii.

De obligationibus defunctorum non retinendis: & de his quæ impediunt ne oblationes fiant in eccleſia puniendis: & ut dictæ oblationes in miſſarum ſolenniis fiant iuxta canonicas ſanctiones.

IN.iii.c. cōcilii Vareñ.fuit conſtitutum,quòd qui oblationes defunctorum retinent,& eccleſiis tradere demorantur, vt infideles ſunt ab eccleſia reſpuendi: quia vſq; ad exinanitionem fidei peruenire certum eſt hanc diuinę pietatis exacerbationé, pro eo quia & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine & pauperes conſolatu alimoniæ,& neceſſaria ſuſtentatione fraudãtur. Vnde tales quaſi egentium necatores & quaſi non credentes iudicium Dei habendi ſunt. & prædictum concilium poſitum eſt.xiii.q.ii.qui oblationes.ii.& concilium Carthaginen. & Agatheñ.cap.qui oblationes.cùm in pleriſque mundi partibus non ſeruentur,& oblationes pro viuis & defunctis à nonnullis dominis temporalibus ſolui prohibeantur eccleſiis, nec in hoc conſtituta proſint remedia per Greg.ix.de deci.diſcretioni.li.vi. & de immu.eccle. eos. eo.lib.qui,& in multis aliis.cc.& iuribus,x.quæſt.i.quia ſacerdotes.& c.ſanctorum &. & c.hanc conſuetudinem. xvi.quæſtio.i.doctos.videretur conſiderandum an expediret dicta concilia renouari,vel de alio competenti remedio prouideri.De hoc autem ſtatutum fuit in.iiii. c. cōci. Agatheñ.poſito in dicta.xiii.quæſti.ii.clerici.vel ſeculares qui oblationes parentum,aut donatas,aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id quod ipſi donauerint eccleſiis vel monaſteriis crediderint auferendũ, ſicut ſynodus ſancta conſtituit,velut necatores pauperũ, quouſque reddãt,ab eccleſiis excludantur:videretur etiam populo eſſe expediendũ, c. Greg.de cōſe.diſt.i.omnis.cum ſimilibus. in quo continetur ꝙ omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolennia aliquid Deo offerre & reducere ad memoriã quæ dominus per Moyſen ait:Nō apparebis in cōſpectu meo vacu⁹.& in collectis ſanctorũ patrũ liqdè

necatores pauperũ ꝗ dicũtur.

Vacuus

corã domino non appareas. apparet ꝙ Chriſtiani omnes offerre aliquid Deo ex iuſſu ſanctorum patrum deberent. Ad ipſum enim prius eſt confugiendum, qui noſtrę poſsit curare animę paſsiones, *Homines quãdo dei gratiã poſtulent.* verùm homines prępoſtero ordine ante opem ſibi ab hominibus accertiunt: vbi autẽ humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur diuini poſtulandam fauoris gratiam eſſe.

Titulus xlviii.

De communione corporis Chriſti, ter à laicis aſſumenda in anno.

ITem in concilio Agatheneñ. cap. xviii. poſito. de conſe. diſtinct. ii. ſeculares. fuerit conſtitutum, quòd ſeculares qui in natali Domini, Paſcha, & Penthecoſte nõ communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. & Fabianus Papa ead. diſtinct. & ſi non frequẽtius, ſcribat ter eſſe ſaltem à laicis cõmunicandũ in anno. & Auguſti. hortetur ſingulis diebus dominicis, ſi mens in affectu peccãdi non ſit, communicandum. eadẽ. diſtinct. quotidie. penſare videretur, an prædicta ſeruari mandarentur. In xii. etiam. c. i. concil. Tole. continetur, quòd hi qui eccleſiam intrãt, & non cõmunicant, excõmunicẽtur.

Titulus xlix.

De ſtipendiis clericorum iuxta eorum meritum cuſtodiẽdis.

IN concilio Agathenſi. xxxiii. c. fuit conſtitutum ꝙ clerici omnes qui eccleſiæ fideliter vigilantérq; deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitii ſui meritum & ordinationem à ſacerdotibus conſequãtur. Et hoc ius ſit conforme aliis conciliis & iuribus. xii. quæſtio. ii. eccleſiaſticis. cum c. præceden. lix. diſtinctio. per totum. i. quæſti. i. fertur. & hoc in Dei eccleſia non ſeruetur, ſicut ſuprà probatum eſt in titulo xviii. huius partis, de neophitis indignis, inſufficientibus non promouendis. videretur ſuper hoc prouidendum, vt doctores literati, ſufficientes & idonei, cæteris illiteratis, iuuenibus & inſufficientibus præferrentur, affectione contraria non obſtante. *Literati præferantur, & aliàs idonei*

Titulus quinquageſimus.

Vt ante miſſam expletam, egredi clerus & populus de eccleſia non præſumat, & quòd nulla præbenda eſſet libera, nec tantum reciperent qui non interſunt officio, quantum illi qui interſunt: & quòd ex cauſa ſtudii, uel alia iuſta abſentes, reciperent tertiam uel quartam partem huius quod recipiunt præſentes.

ITem cùm in xvii. c. dicti concilii Agatheñ. fuerit cõſtitutum & pręceptum ſecularibus, vt in diebus dominicis miſſas per ordinem & ex integro audiant, ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi non præſumant. & ſi contrarium fecerint, quòd ab epiſcopo publicè confundantur, quod c. ponitur. de conſe. diſtinct. i. miſſas. Et in canonibus apoſtolorum fuerit conſtitutum, quòd omnes fideles qui coueniunt in ſolennitatibus ſacris ad eccleſiam, & ſcripturas apoſtolorum & euangelium audiãt. Qui autem nõ perſeuerant vſque dum miſſa peragatur, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines eccleſiæ commouentes, conuenit communione priuari. Et in concil. iiii. Carthaginen. conſtitutum fuerit, quòd ſacerdote verbum Dei in eccleſia faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur. & ex concilio Aurelianeñ. xxii. capitul. habeatur, quòd populus non antè diſcedat, quàm miſſa ex integro celebretur. Et cùm ad miſſas celebrãdas in Dei nomine conuenerit populus, nõ antè diſcedat quã miſſæ ſolẽnitas cõpleatur. & ſi ibi epiſcopus nõ fuerit, benedictionem ſuſcipiat à ſacerdote. & ex iiii. conci. Carthaginen. habeatur in lxxxviii. c. ꝙ in die ſolenni prętermiſſo eccleſiæ conuentu, euntes ad ſpectacula excõmunicentur. quæ capi. ponuntur. de conſe. diſt. i. omnes fideles. cum c. ſequẽtibus. Et ſupradicta iura & cõſimilia non ſeruẽtur à laicis, nec etiam in pleriſq; eccleſiis & locis, à clericis & eccleſiaſticis perſonis: quæ dum miſſarũ ſolẽnia peraguntur in eccleſia, euagãtur: & extra confabulãdo cũ mulieribus & cum viris, vel abſq; cauſa ad domos proprias redeundo, videt̃ ſup hoc prouidẽdum. Cùm ex talibꝰ frequẽter ſub-

Ante finitã miſſam nõ exeant ſeculares fideles.

Vagantes dum miſſa celebratur

ſequantur pericula animarũ,& deferueſcat deuotio & officium eccleſiæ contemnatur. Et interdum quaſi ſoli etiam in cathedralibus eccleſiis in altari remaneant epiſcopi & alii celebrantes. Nec videtur ſufficere prouiſio domini Bonifacii poſita de cleri. non reſiden. conſuetudinem. lib. vi. cũ diſtributiones dicti clerici & canonici aſſequãtur ſecũdum multarũ eccleſiarum conſuetudinem, q̃q̃ non interſint diuinis officiis, dum tamen fores eccleſiæ intrẽt, quod eſt contrariũ iuri, & etiam rationi. cùm beneficium eccleſiaſticum nõ propter ingreſſum eccleſiæ, ſed propter officium conferatur: vt eo. li. de reſcrip. quia per ambitioſam. vnde in xxiiii. c. Aurelian̄. concilii cautũ eſt, quòd tales clerici qui adeſſe officio contẽnunt, epiſcopi arbitrio recipiãt eccleſiaſticã diſciplinã. quod caput ponitur xci. diſ. clerici. Et idem ſtatuit Pelagius Pap. ea. diſt. Eleuterius. in xxi. autem c. concil. Elibertani cõtinetur, quòd ſi quis in ciuitate poſitus, tres dominicas ad eccleſiã nõ acceſſerit quòd pauco tẽpore non cenſeatur nec correctus eſſe. cõſimile habetur in canonib⁹ apoſtolorũ. Videretur eſſe ordinãdum, ꝙ nulla præbenda eſſet libera, nec tãtum reciperẽt abſentes, q̃tum præſentes: nec illi qui ſtãt in domibus ſuis, vel intra eccleſiã, & non interſunt officio diuino: & ꝙ dociles abſq; fraude ex cauſa ſtudiorũ de licentia ſuperiorũ ſuorum, vel proſecutione iurium eccleſiæ ſe abſentãtes, aut in ſeruitio do. Papæ vel epiſcoporũ ſuorum exiſtẽtes reciperãt tertiã & quartam partẽ eorum quæ reſidentes fuerãt recepturi.

Diſtributiones non debere dari ſolũ eccleſiæ aut chori fores intrantibus, contrariũ cũ in pleriſq; Galliæ eccleſiis fit, etiã hîc Pariſi⁹, ubi debet dec⁹ & ſpeculũ eſſe eccleſiæ gallicanæ, ꝑpter loci & ſtudii generalis excelẽtiam.

Titulus Li.

Ne clerici, presbyteri, & epiſcopi uenaticos cãnes uel accipitres teneãt, & ne reges & principes uenatiõibus intẽdãt.

SEcutiuè in cõcilio Agatheñ. lv. c. fuit conſtitutũ, ꝙ epiſcopis, presbyteris, aut diaconis canes aut accipitres ad venãdum habere non liceat. Et quòd ſi quis taliũ perſonarum in hac voluptate ſæpius detẽtus fuerit, ſi epiſcopus eſt, tribus diebus à cõmunione: ſi presbyter, duobus: ſi diaconus, ab omni officio ſuſpẽdatur. Et idem conſtitutũ fuit in concil. Aurelianẽ. poſito extrà de clerico venato. c. i. &

Venationi incũbẽtes puniũtur.

pro palea. xxxiiii. diſt. epiſcopū. Et nō ſolùm dictis perſonis prędictę venationes interdicātur, xxxiiii. diſ. quorūdā. verūetiam omnibus ſeruis Dei, ſicut in dicto conci. Aurel. cōtinetur, vt de cle. vena. c. ii. ꝙ ponitur pro palea. xxxiiii. di. omnibꝰ. & per beatū Ambro. in homilia de quadrageſima. tales de ſua ꝑditione & aliorū putādi ſunt rei. lxxxvi. diſt. quid prodeſt. & c. an putatis. & ſecūdū Hiero. in pſal. lxxxv. ſanctū aliquē non legimus venatorē fuiſſe. ea. diſti. & in prædicto c. quorūdam. & Augu. ſcribat in pſal. clxiii. ꝙ qui vidēt venatorem & delectātur, videbunt Saluatorē & triſtabūtur. lxxxvi. diſti. vidēt. videretur de obſeruatiōe dictorū iuriū ꝓuidēdum nō ſolū quo ad pſonas eccleſiaſt. verūetiā quo ad reges & principes, quorū aliqui expēdunt tempus ſuū in venationibus, quod deberent expendere in regimine regni, & in officio regio explendo: faciendo iudicium & iuſtitiam: & liberādo de manu calūniantium vi opreſſos. xxiii. q. v. regum. & c. adminiſtratores. *Reges nō ſint uenatores.*

Titulus lii.

De clericis, ne ſine epiſcoporum literis euagentur.

ITem in xxv. c. ꝑdicti conci. Agathē. fuit cōſtitutū, ꝙ clericus ſinę cōmēdatitiis epiſcoporū ſuorū literis licen. nō pateat euagādi. & hoc idē ſit cōforme aliis concil. & iurib. lxxi. ii. & iii. diſ. & ext. de cleri. peregrinis. Et dicta iura & cōſimilia nō ſeruātur, ex quo multę inſolētię cōmittūtur, plurima ſcādala in clero & populo eueniūt, & pericula animarū. Videretſ ſup hoc prouidendū, cū videātur oēs pſonę eccleſiaſticæ euagari ſicut oues nō habentes paſtorem.

Titulus liii.

De monachis & eorum conditione & officio, & ne abſq; abbatū ſuorum & abſque epiſcoporū licētia euagentur, & ne extra cōgregationes in cellis uel prioratibus cōmorentur: & ne de prioratibus non cōuentualibus fiant conuētuales, uel certa de eis portio monaſteriis aſſignetur. Et de reliqua deſeruiatur in eiſdem per clericos ſeculares, & ꝙ prioratus non conferrentur niſi xxv. annum attigiſſent. Et

ad ſacerdotium promoueri teneantur infra annum cum interſtitio temporum à canonibus conſtitutorum Et quòd in eiſdē prouincijs debeāt habere correctores & uiſitatores.

Item cùm in prædicto xxxviii.c. dicti concilii Agathenñ. fuerit conſtitutum, ꝙ prædictis monachis ſine cōmēdatitiis epiſcoporū literis, licentia non pateat euagandi: & ſi cōtrarium fecerint, & poſt verborum increpationem ſe non emendauerint, quòd verberibus caſtigētur. Et hoc principaliter non ſeruatur, quia contra regularem eorum ordinis diſciplinam præ cęteris euagentur: & multi eorum vbique ponant diſſenſionem, brigam & ſcandalum contra conditionis eorum ſtatū & officium, cùm deberent habere ſimplicitatē columbæ: ne cuiquā machinentur dolos, & ſerpētis aſtutiam ne aliorum ſupplantentur inſidiis: vt ſcribit Hierony. ad Paulinum. Et ſecundū eundē ad Riparium & Deſiderium: Monachus plangentis habeat officium, vt ſe & mundum lugeat, & domini pauidus præſtoletur aduentum: & ſecūdum eūdē ad Eliodorum epiſcopum, Monacho quaſi ad radicē infructuoſę arboris ſecuris poſita ſit, & alia ſit cauſa dicti monachi, & alia clerici: quia clerici oues paſcunt, monachi verò ab eis paſcūtur. Et quia clericus ſeu monachus ſi peccauerint, traduntur Satanę in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. Et quia ante presbyterum eis ſedere non licet. Nam ſecundum eundē Hiero. ad Ruſticum, ſine cōcilio presbyterorum nihil monachis agere licet. xvi. q. i. monachus, cum iii. cc. ſequentibus. Videretur ſuper hoc prouidendum, & ſuper aliis diſſolutionibus eorūdem. Nam ſicut ait Augu. ad Vincentiū Donatiſtam, Ex quo Deo ſeruíre cœpit, quomodo difficile expertus eſt meliores quàm qui in monaſteriis profecerunt. Ita non eſt deteriores expertus, quàm qui in monaſteriis defecerunt. xlvii. diſtin. quantūlibet. Nónne eorum vita & conuerſatio déberet eſſe melior cæteris, & moribus ſingularis, cùm monachus græcè ſingularis interpretetur latinè? vt omnia virtutum opera, non ſeculariter: ſed ſingulariter præ cæteris agat, ſecundum traditionem Nicenæ ſynodi: & Hiero. xvi. q. placuit. & c. ſi turpis. Secundum autē Eugenium

Monachi officiū hic ponitur.

deteriores qui in monaſterijs defecerūt.

genitum Papam, abſque nephandiſsimo auſu pro aliquo lucro terreno de monaſterio eis exire nō licet, neque pœnitentias dare, neque filium de baptiſmate ſuſcipere, neque baptizare, neque infirmum viſitare, neque mortuū ſepelire, neque ad ſecularē eccleſiam trāſire, neque aliis quibuſcunque officiis ſe implicare, cū clauſtro ſuo debeat eſſe cōtētus: qui ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius & taceat: quia mundo mortuus eſt, deo autem viuere debet. Agnoſcat nomen ſuū. Monos enim Græcè, Latinè dicitur vnus. Achos Grecè Latinè triſtis: vnde monach⁹, id eſt, vnus & triſtis interpretatur: vt triſtis ſedeat & officio ſuo vacet. xvi. q.i. Paſchalis etiā Papa ſcribit. Victori epiſcopo ad ſe (de quo valde miratur) perueniſſe, quòd quidā monachi & abbates in diœce. Bono. contra ſanctorū patrum decreta, epiſcopalia iura & officia ſibi arrogāter vendicabāt, videlicet pœnitētiam dare, & remiſsionē peccatorū, reconciliationē pœnitentium, decimas & eccleſias: cū tamen abſq; proprii epiſcopi licētia, vel apoſtolicæ ſedis authoritate hoc nullatenus præſumere deberēt, ſicut in cōci. Calcedoneñ. ſub anathemate fuerat prohibitū. Quare mādauit dictus Paſchalis Papa prędicto Bononiē. epiſcopo quòd ꝓhiberet dictis monachis & abbatibus, ne deinceps talia attēptarent ea. q. peruenit. Calixtus etiā Pap. conſimilia eis interdixit, & ne miſſas publicas cantarent, & præcepit quòd criſma & oleū infirmorū & cathecuminorum & conſecrationis altariū, & ordines clericorū ab illis epiſcopis acciperent, in quorū parochiis morabātur. ea. q. interdicimus. Alexander etiā Pa. præcepit & conſtituit iuxta tenorē Calcedonē. concilii, ꝙ monachi quāuis, religioſi ſecundum normā. beati Benedicti intra clauſtrū morarentur: & prohibuit ne per vicos, caſtella & ciuitates peragrarēt, & ne prædicarēt populis. ea. q. iuxta. In cōcilio etiā Calcedoneñ. c. iiii. fuit conſtitutū, quòd dicti monachi qui per ſingulas ciuitates ſeu poſſeſſiones in monaſteriis erāt, eſſent epiſcopis eorū ſubiecti: & quòd quieti operā darent ieiunia & orationes obſeruarēt. Et quòd in locis in quibus ſemel ſe deo deuouerent, remanerent. Et quod nullas eccleſiaſticas vel ſeculares actiones

Ad monachum non ſpectat ut hic ponitur.

Monach⁹ dicitur unus triſtis

tractarent. Et quòd propria monaſteria non relinq uerēt, niſi fortè propter vrgētes neceſsitates ad hoc ab ipſius ciui tatis epiſcopo iuberentur. Et fuit decretū in dicto concilio quòd prætereuntes prædita, extra communionem eſſent: ne nomen Dñi blaſphemaretur: & quod epiſcopi ciuitatis curam & ſolicitudinē neceſſariam monaſteriis exhiberēt. ea.q.qui vere. In Calcedoneñ. etiam cōtinetur, quòd quidam monachi nihil habentes ſibi iniunctum à proprio epiſcopo, propter quod haberēt proficiſci ad vrbē. Et etiā interdum aliqui ex ipſis monachis qui ab ipſo epiſcopo fuerant excommunicati, veniebant ad ciuitatē Cōſtantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquillitati eccleſiaſticę inferebāt: & diuerſorum domos corrūpebāt. Quare fuit cōſtitutum in dicto concilio tales primùm cōmoneri vt exirent de regia ciuitate: demū eos deiici ac per defenſorem cōpelli, vt ad loca ſua redirent. ea.q. quidam monachi. Pelagius etiam Pa. pręcepit Ioanni defenſori quòd quoſdam pſeudo monachos detineret, & quòd ſi volebant corrigi, in reatinam inſulam reportaret. ead.q. probinum. Leo etiā Pa. propter improbitatem quorundam monachorum prohibuit ne prædicarēt, & ne cuiuſlibet nomine ſcientiæ gloriarentur. ea.q. adiicimus. Pelagius etiam Pap. prohibet ne dicti monachi defenſores efficiantur, id eſt, iudices vel aduocati vel procuratores negotiorum ſecularium: cùm multùm diſcrepent iſta ab eorū vita, in qua quies oratio & labor manuum eſſe debent. ea.q. de præſentium. Hieronymus etiam ad Ruſticum monachū ſcribit, quòd ei placet, quòd in monaſteriis cum aliis ſanctorum cōtubernio perfruatur. ea. q. ſi clericus. hortans eundē vt ſic viuat in monaſterio quòd eſſe clericus mereátur. eadem quęſtione. ſic viue. Non enim quilibet monachi debent in clericos promoueri, ſed illi quos morum grauitas, vitę venerabilis meritum ac ſanctę fidei inſtitutio ad hoc commendabiles reddunt. & tales ſi intra. xxx. annum ætatis ſuæ in minoribus profecerint, poſſunt ex tunc ad diaconatus & presbyteratus inſignia peruenire: ſicut Gelaſius & Siricius Papæ teſtantur. Et tales ſecundum Auguſtinum ſi ab eccleſia requirantur & eligantur, non debent elatione auida ſuſci-

Monachi nō ſunt p̄curatores nec aduocati.

Monachi q̄ i clericos debeāt promoueri.

pere nec blandiãte deſidia reſpuere. Et ſecundum Pelagiũ cùm ad eccleſias parochiales eligũtur, & cùm epiſcopi eos ordinant ſecundum Greg. & dignos reputant ad eaſdem. eadem quæſtione.in parochia tua.cum quatuor capitu.ſequentibus.In dicto etiam conci. Agatheñ. fuit cõſtitutum quòd monachi vagantes ad officium clericatus,niſi eis teſtimonium daret abbas eorum,nec in parochiis nec in ciuitatibus ordinarentur. Sed ſi neceſſe eſſet clericũ de monachis ordinare, faceret hoc epiſcopus de conſenſu & voluntate abbatis: cùm ſub eius imperio militet regi noſtro. Et idem fuit conſtitutum in cõcilio Helerdeñ.eadẽ quæſtione.monachi vagantes.& capi. cum pro vtilitate.& ca. ſi quis monachus. Secundum etiam concilium Terraconeñ.capi.ix. monachi à monaſterio foris egredientes nullum miniſterium eccleſiaſticum debent peragere,niſi cum imperio abbatis: nec debent eſſe ſuſceptores vel executores alicuius forenſis negotii,niſi monaſterii vtilitas id expoſcat, abbate nihilominus imperante. eadem quæſtione. monachi à monaſterio. Secundum etiam Auguſtinum ad Aurelianeñ. indigniſsima fit ordini clericorum iniuria,ſi deſertores monaſteriorum ad militiã clericatus eligãtur: cùm ex ipſis monachis qui in monaſterio permanent,non niſi meliores & ꝓbatiores ſint in clericos eligẽdi. vnde malus monachus non poteſt eſſe bonus clericus: quinimo aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum facit. Si enim ſit ei ſufficiens cõtinentia,fortè deeſt ei inſtructio neceſſaria: aut perſonæ regularis integritas,eadẽ quęſtione, legi. Dicti etiam monachi ſecũdum legem ciuilem tutelas teſtamẽtarias,legitimas,vel datiuas vel curas:pupillorũ vel adultorũ,furioſorum, mutorũ,ſurdorum & aliarũ perſonarum miſerabiliũ recipere non debent.eadem quęſtione generaliter. Secũdum autem Innocentium omnes monachi & moniales debent viuere ſecundum regulã beati Benedicti,vel beati Baſilii. aut beati Auguſtini. vnde ſi nullius eorum tenent regulam,nec cum aliquo eorum recipient gloriam. decimaoctaua quæſtione ſecunda. perniciosam. Veſtes autem profeſsionis ſuæ nunquam debent deſerere. vigeſimatertia diſtinctiõe ſanctimonialis. vige-

Monach⁹ militat ſub abbatis imperio Regi noſtro.

Mal⁹ monach⁹ non poteſt eſſe bon⁹ clericus.

Veſtes p-

feßiōis nō deferātur. ſima quæſtione prima. vidua. & ſi contrarium faciunt, excommunicationem incurrunt. ne clerici vel monachi. vt periculoſa. libro ſexto. Secundum autem Gregorium carnem cuique monacho nec guſtandi nec ſumendi licentia eſt conceſſa. & ſecundum Hieronymum nunquam de manu aut oculis eius liber pſalterii diſcedere debet: ſed debet concurrere cū verbis pſalteriis oratio ſine intermiſſione, vigilare ſenſus, nec vagis cogitationibus patens cor pus eius pariter & animus tendere debent ad Deum: iram debet vincere patientia, & amare ſcripturarū ſcientiam, & carnis vitia non amare, mens ſua variis non debet vacare perturbationibus, quæ deducūt (ſi peccatori inſederint) ad delictum maximū, facere debet aliquid operis, vt eum ſemper diabolus inueniat occupatum. Nam & apoſtoli habētes poteſtatem de euangelio viuere, ſuis propriis manibus laborabant, vnde etiam monachi debēt propriis manibus laborare, fixellam iunco texere, vel caniſtrū lentis viminibus plectere, humum ſerere, areolas æquo limite diuidere: in quibus cum olerum iactata fuerint ſemina vel plantę per ordinem poſitæ aquę ducātur irriguæ, & fructuoſæ arbores inſerantur: apū fabricare debet aluearia: texere lino rhetia pro piſcibus capiēdis, libros ſcribere vt manus operetur cibos, & lectione anima ſaturetur. Vnde ægyptiorū monaſteria hunc morem ſeruaſſe leguntur, vt nullum monachum abſque opere & labore ſuſciperent: nō tam propter victus neceſſaria, quā propter animę ſalutem: ne perniciofis cogitationibus vagarentur. & ne ad inſtar fornicātis Iſrael omni tranſeunti diuaricarent pedes ſuos. de conſecrat. diſtin. v. carnem. & ca. nunquam. Sanè prædicta omnia per epiſcopos monachos manibus propriis vel aliter acquiſita, ad abbates peruenire debent; cùm dicti monachi ipſis abbatibus omni deuotione & obediētia debeāt ſubiici, & qui per cōtumaciam indeuoti extiterint, vel per loca aliqua euagari, aut peculiare aliqd habere præſumpſerint, debent per eos puniri. & vbi inuenti fuerint cum auxilio epiſcopi ſub cuſtodia recludi, ſicut in Aurelianeñ. concilio continetur. xviii. quæſtione. ii. abbates. Pro eorum ingreſſu ad monaſterium nihil ſoluere debent, cùm id ſymoniæ

Marginal notes: *Monachi qd facere habeant.* — *Monach' debet opa[ri] ut hic ponitur.*

vitio aſcribatur.i.quæſtione.ii. quaſi per totum: & eodem modo ſi pro temporalibus ſpiritualibus annexis aliquid tribuant.i.queſtione.iii.§.i.cum c.ſequentibus. Non debent fieri monachi vt ſpem vel promiſsionem habeant abbatiã vel beneficium conſequendi. Sicut dicit Innocen.iiii. de electione.cum ad noſtram.ne videantur quærere quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti. Quid enim eſt ſecundum Auguſtinum ſua quærere & non quæ Chriſti ſunt, niſi cũ tales nõ gratis Deum diligunt:non Deũ propter deum quærunt ingrediendo religionẽ temporalia cõmoda ſequẽtes, lucris inhẽrẽtes,& honores ab hominibus appetẽtes? quiſquis ergo talis eſt nõ Dei filius, nec monachus, ſed mercenarius eſt.viii.quæſtio.i. ſunt in eccleſia. per Alexandrum ſecundum, etiam ſtatutũ fuit quòd nullus monachorũ habitum ſuſciperet, ſpem aut promiſsionem habens vt abbas fieret.xvi.q.vii. per laicos. Prouideant itaque dicti monachi ſi propter Deum ingrediuntur monaſterium. Nam verendum eſt, quòd ſi non habent principaliter illam intentionem, quòd ab eis queratur (quãdo inuitabuntur ad nuptias) illud Matth.xxii. Amice quomodo huc intraſti non habẽs veſtẽ nuptialẽ?& ſi obmuteſcãt, quòd rex miniſtris præcipiat, quòd ligatis manibus & pedibus eos mittant in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentiũ: A quo dñs nos & eos defendat. De pecunia autẽ loqui nõ debẽt, aliter potius dicerẽtur inſtitores quã monachi, ſecundum Hierony.xvi. q. i. ſi cupis. Ab omni familiaritate monaliũ & aliarum fœminarũ debẽt eſſe extranei: nec cõmatres ſibi facere debẽt, nec cũ monialibus habitare.xviii.q.ii.perueni.& c.diffinimus.cũ ca.ſeq. Zonas ſudariola & oraria à mulieribus recipere nõ debent, ſicut dicitur in conci. Aurelianẽ.xxvii.q.i.monacho. epiſcopis debent eſſe ſubiecti. xvi.q.i.peruenit.& c.qui vere.cũ cc.præcedẽtib⁹.xviii. q. ii.abbas.& c.monaſteria. & c.abbatib⁹.& c.cognouimus. Et ab ipſis epiſcopis ſunt viſitandi & etiam corrigendi, ſicut dicit Gregorius.& ſicut habetur in cõcilio Aurelianẽ. xviii.quæſtio.ii.viſitandi.& c. non ſemel. Iura epiſcopalia eis perſoluere debent.ea.q. Eleuterius.& c.ſeq. abſque epiſcoporũ conſenſu decimas vel eccleſias à laicis recipere nõ

Pro monaſterii ĩgreſſu nil ſoluatur.

Quid ſit ſua q̃rere, & non ea q̃ Chriſti ſunt.

Monach⁹ non fiat ut abbas fieri ſperet.

debent.xvi.q.vii.decimas.& c.eccleſias.Sine abbatum licentia epiſcopatũ recipere non debẽt. xvi.q.i. ſi quis monachus.xviii.q.ii.quoniam ſic. Et licet facti epiſcopi à iugo profeſsionis ſint abſoluti. xviii.q.ii.c.i.non tamen debent mutare habitum, nec quãtum ad ſubſtantialia ſui ordinis ritum.xvi.q.i.de monachis.lineis ad carnem vti non debent.de ſta.mona.cũ ad monaſterium.neque proprium quomodolibet poſsidere. Alioquin ſunt in ſterqlinio ſubtrahendi,vt ibidem.Si philoſophiam vel leges audiãt,excommunicati exiſtunt.extra,ne cleri.vel monac.non magnopere.& c.ſuper ſpecula.Ad ſolitarias cellas abſque cauſa legitima & epiſcopi & abbatis licentia tranſire non debent:nec monaſteriorum congregationem relinquere,ſicut habetur in xviii.c.concilii Aurelianẽ. poſito.xviii.q.ii. nullus.& c. cellulas.xvi.q.i.qui vere. & in concilio Agathenẽ.in prædicto concilio xxxviii.in xv.c.& concilio Aurelia.& in li.& lii.cc.iiii.concilii Tole.continetur,ꝙ monachi qui fuerint peruagati vbi inuenti fuerint cum auxilio epiſcopi,tanquam fugaces ſub cuſtodia reuocentur.Et quòd abbates pro humilitate religionis in epiſcoporũ poteſtate conſiſtãt: & quòd ſi qui extra regulam fecerint,ab epiſcopis corrigantur & viſitẽtur: quod c.ponitur xviii.q. ii.abbates.In xxvi.c.concilii Aurelia.poſito xxvi.q.v.ſi qs clericus. continetur, quòd ſi quis monachus diuinationes vel auguria crediderit obſeruanda,vel ſortes quas mẽtiuntur eſſe ſanctorũ,quibuſcunq; intimauerit, quòd à cómunione pellatur.Et in concilio Calcedonẽ.c.xviii.poſito xi. q.i.coniurationum.& c.ſi qui clerici.dicitur,quòd monachi qui cõiurationes & conſpirationes cõtra epiſcopos vel alios fecerint,deiiciant̃ à ſuo gradu.In prioratibus ſoli ſtare prohibentur.extra de capellis mona.ex parte.nam hoc eſt cõtra ſtatutũ Lateranenẽ.cõcilii de ſtatu mona.c.ii. Et ſi cõtrariũ faciant, debet epiſcopus ipſorũ abbates ſeu priores monitione præmiſſa,per cenſuram eccleſiaſticam compellere,vt dictos ſolitarios ad clauſtrum reuocent,& quòd faciãt in ipſas eccleſias per ſeculares clericos deſeruiri:vel alios monachos eiſdẽ aſſocient. de capel.mona.c. vltimo.

Monachi epiſcopi facti habitũ non mutãt.

Porrò cùm à multis ex prædictis ad eorũ & aliorũ reli-

gioſorum ſtatum & officium pertinentibus de quibus plura alia ponuntur in iure(ſicut dolẽtes referimus) ſit receſſum. vt de ſtat. mona. ca. recolentes. & ſicut in illo hymno Ieſu ſaluator ſeculi dicitur, monaſticus ordo iam pene lapſus ſit: Videretur quantũ ad prædicta, & quantum ad alia ad eorum officiũ pertinentia, quæ principaliter non ſeruãtur, reformatio facienda. Et quòd nuſquam incederẽt per mundũ niſi bini, nec iuuenis cũ iuuene, ſed cum ſene, & cũ licentia ſuperioris. Et quod nuſquã in domibus ſeculariũ, nec in prioribus non cõuentualibus in ſtudio vel extra ſtudium habitarẽt: ſed quòd de redditibus dictorũ prioratuũ vel conuentualium certa portio aſsignaretur monaſteriis ad tenendum dictos priores non conuentuales, [& monachos in prioratibus non conuentualibus reſidentes, in generalibus ſtudiis vel in monaſteriis aut prioratibus conuẽtualibus eorundem: & quòd de reliqua parte per presbyteros & clericos ſeculares deſeruiretur prioratibꝰ & beneficiis non conuentualibus: & hoſpitalia debita & omnia onera epiſcopalia & alia portarẽtur. Et inſuper ꝙ per ſingulas diœce. fierẽt de dictis prioratibus nõ conuẽtualibus plures admittẽdo in vnum. & illos qui vnius religions in aliã permutãdo. Aliqui prioratus cõuentuales vbi & ſufficerẽt facultates vt in eiſdẽ ciuitatibus & diœce. à quibus bona recipiunt pẽſum exſoluerẽt ſeruitutis, cũ officiũ charitatis illis amplius teneantur obnoxii, à quibus noſcuntur beneficia recepiſſe. vt extra de teſtamẽtis. cum in officiis. Videretur inſuper ſtatuendũ ꝙ ſicut clerici ſeculares tenentur ratione curarũ animarũ promoueri infrà annũ, & debent attigiſſe xxv. annũ ſicut habeť in decreta. Greg. decimi de electiõe. licet canon. li. vi. Ita & omnes religioſi habẽtes prioratus & eccleſias ac officia quęcũq;, parochias, populũ & curã habentia, licet cura regatur per alios. Cùm curata interpretať vt in. iii. decretali Bonifaciana. cũ ſingula. de præbendis. e. li. Et ꝙ nihilominus in eorũ ꝓmotione ſeruareť interſtitia temporũ ad eorũ probationẽ à ſacris canonibus conſtituta. lxxvii. diſt. ſi quis de reliligioſo. & c. monachꝰ. Videretur etiam vtile ꝙ omnes religioſi eiuſdẽ prouincię haberent intra eandem prouinciam aliquem ſuperiorem

Monachi circa ſtudium.

Hoc fuit ꝑ cõciliũ uiẽnenſe deciſũ ut ĩ cle. ne in agro § cæterũ de ſta. mo. unde ꝙ quoad cõuentuales ſunt xxv. an. cõſtituti & quoad nõ cõuẽtuales xx. an. peregerint.

ordinis ſui per quem annis ſingulis viſitarentur & corrigerentur. Cum aliqui ſint prioratus,capita,correctores & viſitatores ſuos habētes extra prouincias ſuas & etiam extra regna à quibus nō corriguntur nec viſitantur:propter quod impunè delinquunt. Cùm nec per ſedē apoſtolicam ab eorū prælato in remotis agēte,nec per ordinarios contra quos cōtendūt de priuilegiis & exēptionib⁹ puniant̄.

Titulus liiii.

De epiſcopis, ne tempore chriſmatis conficiēdi à ſuis eccleſiis ſe abſentent.

IN iii.ca.concilii Vaceñ. fuit conſtitutum, quòd per ſingula territoria & presbyteri vel miniſtri à ſuis propriis epiſcopis & non à vicinis nec ab aliis tempore paſchali, annis ſingulis chriſma recipiant. Et hoc ſit etiam aliis cōciliis & iuribus conforme,ſicut in concilio Carthaginen. &. xv.di. presbyter. Cōſideretur ſi eſſet vtile ordinare, ꝙ tempore quo chriſma debet confici , epiſcopi ſe à propriis diœce. nullatenus abſentarent,niſi ſumma neceſsitas immineret: cùm frequenter illis temporibus à regibus & aliis dicti epiſcopi euocentur. Et ſæpe in curia Romana , & in curia aliorum principum: qui tamen deberent in natiuitate Domini,in Epiphania,Paſcha,& Penthecoſte in eccleſiis ſuis eſſe : & ſi contrariū faciāt ſingulariter lucri gratia, ſint triennio à cōmunione ſuſpēdendi: & eadem pœna puniēdi diaconi & presbyteri, ſi per tres hebdomadas defuerint ab eccleſiis ſuis : ſicut habetur in concilio Agatheñ. c.lxiiii. & eadē pœna puniantur & laici qui prædictis diebus non conuenerint ad miſſas epiſcopales dictis diebus, deſiderio accipiendi communionem, vel benedictionem epiſcopalem,ſicut habetur in concilio Agathenſi ca.lxiii.

Titulus lv.

Ne laici & inſacrati miniſtri ſacrarium ingrediantur & ne ſacra uaſa, reliqas, cruces, & ornamēta cōtingāt: ꝗ̄ aliqd ſine habitu cōdecenti in miſsis & eccleſiis deſeruiāt.

PRæterea in lxv.c.concilii Agatheñ. fuit conſtitutum quòd inſacrati miniſtri licentiam non habeant ingredi in ſacrariũ, quod Greci dyaconium appellant. & ꝙ vaſa dominica nõ contingant. Et idem conſtitutum fuit in concilo Laodiceñ.iiii.& in i.concilio Brachareñ.& in cõcilio etiam Martini Papæ fuit cõſtitutum, quòd laici ſecus altare quãdo ſacra myſteria celebrantur, ſtare vel ſedere inter clericos nõ præſumant. xxiii.diſt.non oportet.i.& c. non liceat. extra de vita & honeſta.cle.c.i. Et Sixtus Papa reddat cauſſam prohibitionis & ſtatuti ꝓdicti. Ne, ſcilicet pro talibus prçſumptionibus, iratus domin⁹ plagam imponat populo ſuo, & hi qui nõ peccauerũt, pereãt: quia perit iuſtus ſçpiſsimè pro impio de cõſe.di.i.in ſancta. Videretur expediens, quòd prædicta ſtatuta & conſimilia ſeruarentur: & ne per laicos contractarẽtur reliquiæ ſanctorum & veſtimenta eccleſiaſtica: quæ ſacrata debent eſſe & honeſta. Nec ab aliis debent contingi niſi à ſacris hominibus. Ne (ſicut Stephanus Papa ait) vltio quæ Balthaſar regem percuſsit ſuper trãſgredientes hoc, veniat & corruere eos ad ima faciat. de conſecra. diſtin.i. veſtimenta. Nã & Sother Pap. inhibet epiſcopis Italię, ne per ſacratas Deo fœminas & monachas ſacra vaſa vel ſacratas pallas contingi permittant. Nec incenſum circa altare præferri. xxiii. diſt. ſacratas. Contra quæ laici frequenter faciunt. Et etiã interdum coram proceſsionibus cruces deferunt, vel clerici ſuperlicium, vel calciamentum non habentes, quod deberet prohiberi noſtris diebus qui ſerui ſumus patriſſamiliãs, ne decus eccleſiæ minuatur: ſed potius augmentetur ſicut cõtinetur in cõci. Triburieñ.c.ix.de conſe.di.i.c.vaſa.& etiã modo deberet inhiberi, ne per tales palla & vella eccleſiæ & ornamenta altaris lauarentur. Sicut Clemẽs Iacobo Hieroſolimitanorũ epiſcopo ſcribit. de cõſe. diſt.i. Altaris palla & c.nemo. In cõcilio etiam Brachareñ. cõtinetur, quòd non liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, nec alii illi qui ab epiſcopo eligẽtur ſubdiaconi ingrediantur ſacra in. xliii.&.v. capitul. iii. concilii. Brachareñ.

Iuſt⁹ ſæpe perit pro impio.

Titulus lvi.

De ieiunijs ſabbati ſextæ & quartæ feriæ diei lunæ & diei martis poſt dominicã quinquageſimæ & aduentus domini à perſonis eccleſiaſticis celebrando. Et quòd in tribus diebus rogationum & in quatuor temporibus & in quadrageſima etiam à laicis ieiunetur: & in uigilijs beatæ Mariæ & apoſtolorum.

ITẽ cũ in.xxvi.c.cõci.Eliberta. fuerit cõſtitutũ ꝙ omni Die ſabbati celebretur ieiuniũ propter ſuppoſitionem: & conuentum ſit ſicut ſcribit beatus Greg. Augu. Anglorũ epiſcopo, ꝙ ſacerdotes & diaconi & reliqui quos eccleſiaſtici gradus dignitas exornat aliquid ad penſum ſanctæ inſtitutionis adiiciãt. Et eorum qui in laicali ordine cõſiſtunt obſeruantiam ſicut loco ita religione præcellant. Et ſecundum Theleſphorum Papam ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorum à laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debeat eſſe diſcretio.iiii.di.denique &.capit.ſtatuimus.videretur etiam placitum Deo & decus & honorem expetere eccleſiæ,quòd ad honorem beatæ Mariæ matris gratiæ & miſericordiæ,per quam temperatur indignatio quã Chriſtus habet propter diuerſa crimina, q̃ à perſonis eccleſiaſticis perpetrãtur: ꝙ dictæ perſonæ eccleſiaſticæ q̃ ratione ætatis vel infirmitatis non excuſantur à ieiunio, ieiunarent ſabbato:licet mos eccleſiarum in hoc permittatur eſſe ſequendus.xii.diſt.illa.Nam Grego.vii. ſcribit de conſe.di.v.in.capitu.quia dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus. Nos eorũdem authoritatem ſequentes ſalubriter admonemus, vt quicunque Chriſtianæ religionis ſe participem eſſe deſideret, ab eſu carnium eadem die, niſi maiori feſtiuitate interueniente vel infirmitate impediente, abſtineat.

Quib' diebꝰ ſit ieiunandum.

Die ſabbati nõ edantur carnes.

Inno.etiam Papa ſcribit de conſe.di.iii.capitu.ſabbato verò ieiunandum eſſe ratio euidentiſsima demonſtrat. Nam ſi diem dominicam ob venerabilem reſurrectionem domini noſtri Ieſu Chriſti,non ſolùm in paſcha celebra-

mus, verumetiã per ſingulas ebdomadas ipſius Dei imaginem frequentamus, ac ſicut feria . vi . propter paſsionem domini ieiunamus, ſic ſabbatum prętermitere nõ debemus : quando intra triſtitiam & letitiam temporis illius videtur eſſe incluſum . Nam vtique conſtat apoſtolos biduo iſto & in merore fuiſſe & propter metum Iudæorum ſe occultaſſe quod vtique non dubio eſſet in tãtum eos ieiunaſſe biduo memorato vt traditio eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramentum penitus non celebrari . Quæ forma etiam per ſingulas tenẽda eſt ebdomadas propter id quod cõmemoratio diei illius eſt ſemper celebrãda, quòd ſi putant ſemel atque vno ſabbato ieiunandum, ergo & dominica. &. vi. feria ſemel in paſcha erit vtique celebrãda. Nullo modo expedit quòd contenta in hoc capitulo ſub præcepto ponantur, multa enim immo infinita peccata mortalia ſequerentur.

Item ex eiſdem rationibus videretur , quòd etiam haberent dictę perſonę eccleſiaſticæ ad honorem Chriſti & eius paſsionis ieiunare. iiii. &. vi. feria, & hoc eſſet conſonum iuri & ſanctis patribꝰ. Nam ex dictis ſancti Apollonii canonizatis. de conſe. diſtinctio. iii. cap. ieiunia. habetur, quòd ieiunia ſanè legitima. in. iiii. &. vi. feria nõ ſunt ſoluenda: niſi grandis aliqua neceſsitas fuerit: quia. iiii. feria Iudas traditionem domini cogitauit. Et vi. feria crucifixus eſt ſaluator. Videbit̃ ergo qui in his diebꝰ ſine neceſſitate ſoluerit ſtatuta ieiunia, vel cũ tradẽte tradere ſaluatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere. Die autem dominica nihil aliud agendum eſt, niſi deo vacãdum. Nulla operatio in illa die ſancta agatur , niſi tantùm hymnis & pſalmis & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur. & c. diſtinct. de tempore quo ſit ab eſu carnium abſtinendum, ſcribit Leo Papa. iiii. de eſu carnium apud nos vetuſtiſsima & non improbãda traditio ſemper tenẽda eſt, vt à cœnę termino quæ fit in principio noctis quartæ feriæ quæ luceſcit in. iiii. feria vſq; in diluculum. v. feriæ, & ſimiliter à cœna noctis. vi. quę luceſsit in. vi. feria non imperite ieiunatio vſque ad ſabbati lucem quantum de diei parte aliquid ieiunare maluerit vel debuerit, pro tendatur.

Item ex eiſdem cauſis videretur,quòd haberent ſeruari conteta in ii.c.concilii.Gerundeñ.in quo ſtatutum eſt, vt expleta ſolénitate Pentheco.in ſequēti ſeptimana à quinta feria,vſque in ſabbatum abſtinētia celebretur. Et quòd ſecūda letania fiat calendis Nouembris, per aliud triduū: & quòd ſupereſt diebus quibus à carnibus abſtinent, abſtineant & à vino:in quo etiam videtur concordare Gregori. Auguſtino Anglorum epiſcopo ſcribens, ſi per vini potationem ebrietas ſubſequatur. Nam vinum ita bibere permittitur, ſi ebrietas fugiatur.iiii.diſt.denique ad finē.

Item ex eiſdem cauſis & rationibus videretur vtile & decens, quòd dictæ perſonæ eccleſiaſticæ ieiunarent die lunæ & die martis poſt dominicam quinquageſimæ,ſicut fuit à prædicto Papa Tolloforo conſtitutū,& à beato Ambroſio,& Gregor.& ſi non aliorum vulgarium communi vſu approbatum.iiii.diſtin. ſtatuimus. cum duobus capit. & §.ſequentibus. Et inſuper,quòd ieiunaretur tribus diebus rogationum ante aſcenſionem Domini,ſicut fuit conſtitutum in concilio Aurelianeñ.c.xxiii.poſito de conſec. diſtin.iii. rogationes. Et in aduentu Domini, & in vigiliis omnium feſtiuitatū beatæ Mariæ, & xii. apoſtolorum ſecundum traditionem Innocen. de obſerua. ieiu. c.i. ii.& iii.& primum cap.v.concilii Toleta.continet, vt in omni regno letania.ſ. cū ieiunio celebraretur triduo à die iduū Decembris. Et idem continetur in ii. c.v. concilii Toleta. & etiam in quatuor temporibus, & vigiliarum apoſtolorum,quorum ieiunia non ſolùm ab eis,ſed etiam ab omnibus ſeruari debent: vt in dictis capitu.lxxvi. diſtin.in viii. primis capit.ſicut & ieiuniū cœnæ Domini.Nam ſicut ex concilio Martini Papæ habetur,poſito de conſe.diſtin. iii. non liceat.Qui in cœna Domini ſoluit ieiunium, omnem exhonorat quadrageſimam, in qua debent non ſolùm dictę perſonæ eccleſiaſticę ieiunare,ſed etiam laici. ſicut ſtatutum fuit in concilio Agatheñ.c.iii.poſito de conſe. diſt. iii.placuit. Et per Grego. Papam de conſe.diſt.v.in c.quadrageſima.ſicut ait Euſebius Papa.ea.diſti.c.ieiunia.ieiunia ſine neceſsitate rationabili non ſunt ſoluenda. Ex hoc enim tentatur à gula,ſicut Greg.ait.ea.q.v. modis. Porrò

quia in multis partibus non eſt abūdantia piſcium, & multorum etiam complexionibus non competit eis vti, poſſet remedium adhiberi, quòd extra quadrageſimā taliter ieiunantes, ouis, lacte, butyro, & caſeo, ac ſagimine vti poſſent, q̄q̄ ſemētinam carnis trahāt originem, à quibus eſt in ieiuniis neceſſariis abſtinendū, ſecūdum prędictum c. Grego. iiii. diſti. deniq;. & lxxxii. diſt. presbyter. Et quòd illæ perſonæ eccleſiaſticæ quæ per cōplexionis ſuæ charitatē, vel fragilitatē, vel aliam iuſtā cauſam, excepta infirmitate ieiunare non poſſent, tantū pauperibus erogarent, quantū ſoluēdo ieiunium vel carnes comedendo in iiii. & vi. feria, & aduentu Domini expenderent. Et quòd idē ſeruaretur in eis, & etiam in omnibus laicalibus perſonis, quæ à ieiunio ſecundū iura non excuſantur, quando contingeret eis infringere ieiunia quadrageſimalia, quatuor temporum, & vigiliarum apoſtolorū ab eccleſia conſtituta. Cùm propter tranſgreſsionem ſtatutorum & præceptorum eccleſię inobedientiam & peccatum incurrant. xii. diſtinctio. pręceptis. xli. diſtinct. quiſquis. §. vlti. *Trāſgreſſor canonis peccat*

Titulus lvij.

De picturis & imaginibus q̄ in eccleſia fiunt, ut nulli⁹ deformitas uel falſitas & deuiatio d re geſta celebraretur in eis.

CONſequenter in xxxvi. c. concilii Elibertani fuit cōſtitutum, picturas eſſe in eccleſia nō debere, ne quod colitur aut adoratur in parietib⁹ depingatur. Et quòd per multas nationes dictæ picturæ & imagines ridiculoſè putentur. & ſpecialiter propter multas diuerſitates figurarū, & mendaciorum quæ reperiuntur in eis, à Greg. autem & in vii. ſynodo. & etiam ab Adriano Papa approbētur: quia quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis cernentibus præſtat pictura. de conſe. diſti. iii. perlatum. & c. venerabiles. & c. ſextam. videret vtile, ꝙ per ordinarios & rectores locorū, omnes imagines deformes, & in quib⁹ à veritate rei geſtæ deuiat, delerētur. Nā quēadmodum ſi ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint inofficioſa mendacia, nihil in eis remanet authoritatis & ponderis, ſicut ait Auguſti. in i. epiſtola ad *Pictura idiotis præſtat, q̄d legētib⁹ ſcriptura.*

Hiero.ix.diſt.ſi ad ſacras.& ſicut teſtis(ſecũdum Ambr.in lib.de paradiſo)dum ad ſeriẽ geſtorũ q̃ purè & ſimpliciter referre debet, aliquid ex ſuo adiicit, totam teſtimonii fidẽ partis mẽdacio decolorat:quare prohibet,quòd nihil q̃uis bonũ videatur, vltra ſeriẽ rei geſtæ adiiciat.iii.q.ix.pura. Et ſecundũ Aug.in lib. de mẽdacio. ad ſempiternã ſalutẽ, nullus deducẽdus ſit opitulãte mẽdacio.xxii.q.ii.primũ. xx.q.iii.cõſtituit.xiiii.q.v.deniq;.xi.q.iii.ſi quis vero.Sic cùm dictę picturę & imagines loco ſcripturæ & teſtimonii habeantur, vt per eas ad deuotionẽ, & cognitionẽ geſtorum cernentes, excitẽtur.videretur ꝙ nullus error deberet in eis ab eccleſia tolerari, cùm error cui non reſiſtitur, pro veritate reputetur:ſicut Innoc.Papa ait,lxxxiii.di.error.nec aliquid aliud quod ꝓpter deformitatẽ vel aliàs riſui & deriſioni & indeuotioni materiã pręſtare videretur.

Imagines loco ſcripturæ habentur.

Titulus lviii.

Ne fœminæ in cemiteriis uel eccleſiis peruigilent, & ne in ſanctorum ſolennitatibus intra eccleſias & cemiteria ſaltationibus & cantilenis populi uacent.

ITem cũ in xxxv.c.concilii Elibertani fuerit prohibitũ, ne fœminæ in cemiterio peruigilent,eo ꝙ ſæpe ſub obtentu orationis,ſcelera latẽter cõmittunt. Et in iiii.cõcilio Tole.c.iii.poſito de cõſe.diſ.iii.c.i.reprobetur irreligioſa cõſuetudo, quã vulgus per ſanctorũ ſolẽnitates agere cõſueuit:populi qui debent diuina officia attẽdere, ſaltationibus turpibꝰ inuigilent, cantica nõ ſolùm mala canẽtes, ſed & religioſorũ officiis perſtrepunt:hoc enim vt ab omnibus prouinciis depellatur, ſacerdotum & iudicum à cõcilio ſancto curæ cõmittitur. Et prædicta ſunt conformia aliis conciliis & iuribus: vt de immuni.eccleſi.cum eccleſia.& capi.eccleſiæ.& c.decet domum domini. Lex etiam dictat, quòd nõ debent gentes ibi immiſceri ſceleribus,vbi de peccatis eſt venia poſtulanda. in autent.vt lice. mat. & auiæ.§.quia vero.colla.viii. Vnde cùm ſupradicta iura & concilia non ſeruentur,& multa peccata carnalia & alia

Irreligioſa conſuetudo reprobatur.

Gentes ibi immiſceri nõ debent ſceleribus ubi de pec

diuerſa ſcandala in pleriſq; mundi partibus ex dictis vigiliis ſubſequantur. Et ex cantibus turpibus & inhoneſtis, & iocis & confabulationibus inhoneſtis, aures & corda audientium inquinentur, & à deuotione retrahantur, & diuina per hoc officia perturbētur. Videretur eſſe ſuper hoc de ſalubri remedio prouidēdum, cùm deceat domum domini ſanctitudo, & locus eius & cultus ſit cum debita veneratione pacificus: & quòd ſit in eo quieta conuerſatio, Deo grata, & ſpectantibus placida: quæ conſiderantes inſtruat & reficiat, & quòd ad ſacra ſolennia deuotis animis & orationibus intēdatur. Et ceſſent confabulationes & alia quæ oculos poſſunt offendere diuinæ maieſtatis. ſicut Grego. in dicto cap. decet domum domini. atteſtatur. non enim ſolùm à malo, ſed ab omni ſpe mali præcepit Apoſtolus abſtinere. de vita & hone. cleri. cum ab omni. & in prima epoſtola ad Theſſaloniceñ. v. cap.

catis uenia eſt poſtulanda.

Ab omni ſpe mali eſt abſtinēdum.

Titulus lix.

De adulteris clericis & laicis cùm manifeſti ſunt uel notorii, euitandis: & de adulteris puniendis.

ITem etiā in xlvii. c. dicti cōcilii Elibertani fuit cōſtitutum, quòd ſi quis fidelis habens vxorem, non ſemel ſed ſæpe fuerit mœchatus, non detur ei communio: & prædictum concilium & alia conſimilia: & iura tractantia de dictis adulteris laicis, qui grauius puniedi ſunt quàm adulteræ, pro eo quòd magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. ſicut Auguſtinus de adulterinis coniugiis atteſtatur, xxxii. quæſtio. vi. indignantur. & capitulis præcedentibus & ſequentibus. Videretur eſſe vtile ordinare, quòd omnes notorii vel manifeſti per euidentiam facti adulteri & adulteræ, tam clerici, quàm laici euitarentur in diuinis officiis : vt rubore ſuffuſi, facilius ad gremium matris eccleſiæ reuerterentur: maximè, cùm clerici de adulterio conuicti, ſint deponendi, & in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudendi, ſicut ex quinto concilio Aurelianenſi habetur. & ſicut per Pelagium

Adulteriū uiri grauius quā mulieris eſt.

Papam conſtitutum fuit:& in canonibus apoſtolorũ, & in concilio Aurelian̄.lxxxi.diſt.ſi quis clericus.& ca.Romanus.& c.presbyter.& c.ſi qs epiſcopus.& c.ſi diaconus.& lxxxix.diſt.presbyter. Nam etiam conſtitutũ fuit à Nicolao Papa,& ab Alexandro ii.& à Leone Papa,quòd nullus miſſam audiat presbyteri quem ſcit concubinā habere indubitáter, vel ſubintroductam mulierem. xxxii.diſt.nullus.& c.præter hoc.de coha.cle.& mulie.vnam.xv.q.viii. ferè per totum. De dictarum autem mulierũ adulterarum pœna,multa ſunt in conciliis conſtituta,quæ minimè obſeruantur. Et ideo aliquādo adulterinos partus interimũt: & nec talibus in vita negatur cõmunio, quibus nõ eſſet in vita concedenda:ſicut habetur in xliii.c.dicti concilii Elibertani:& in lxviii.& de dictis adulteris,infrà eod.concil. lxiiii.v.& ix.lxx.lxxii. de dictis autem presbyteris & diaconibus ſi poſt ſuſceptum ordinem filios genuerint,habetur in primo c.i.conci. Tolet.& in xvii.c.dicti conci.continetur de eo qui vxorem habet,quòd non communicet ſi concubinam habeat. In vii.autem conci. Tolet.iiii.diſput. ſtatuitur, ꝙ epiſcopi qui cum mulieribus polluuntur locis ſuis,ordine & dignitate priuentur. Et in v.diſpu.dicti cõcilii de ſacerdotibus & miniſtris ſtatuitur illud idem. Et in iiii.autem c.cõcilii Valentini cõtinetur, ꝙ ſi diaconi,preſbyteri vel epiſcopi mortali crimine dixerint ſe pollutos, ꝙ deponantur.vel ex veteri confeſsione,vel ex mẽdacio falſitatis.concordat xxiiii.xxv.cc.in cõcilio Brachareñ. & in lxxvii.& vi.capitulis.

Eps̄ cõcubinarius d dignitate priuatur.

Titulus ſexageſimus.

Vt hi qui baptizātur, & qui ad confeßionem accedunt, nihil ſoluant, & quòd pro ſepulturis nihil recipiatur, nec ꝓ alijs ſpiritualibus.

EQuidem in xlviii.c.conci. Elibertani fuit cõſtitutum, quod illi qui baptizantur,nummos in eccleſia Dei nõ ponant,ſicut hactenus fieri ſolebat, ne ſacerdos quod gratis acceperit,pretio diſtrahere videatur : & dictũ cõcilium & ferè omnia iura tractantia de ſimonia , ſicut tota prima

cauſa & tituli de ſymonia nõ ſeruentur: Videretur eſſe de cõpetenti remedio ſuper hoc prouidendum. Nam beneficia in multis partibus per venalitatẽ obtinẽtur aut in ſolutum dantur. Et eodẽ modo monachorum monialium & aliarum perſonarũ regularium, marium & fœminarum, niſi ſint de ordine paupertatis religioſus ingreſſus, ſummariè etiã ſepulturæ in multis locis venduntur. Et in aliis pro baptiſmo, pœnitentia, euchariſtia & aliis eccleſiaſticis ſacramentis pecunia ex quadã peſtifera cõſuetudine recipitur, & leuatur; neque proſunt remedia ſuper hoc cõſtituta, pro eo quod multi ex maioribus colũnis, & prȩlatis eccleſiæ in his peccãt. Et ideo quia ab his malè agitur, facilè trahitur à ſubditis in exẽplum. extr. de baptiſmo & eius effectu. maiores. Et dum incuruantur hi qui præeunt ad ferenda onera peccatorũ, facilè inclinantur ſequẽtes. xxxvii. diſt. §. vt itaq;. De talibus nempe poteſt intelligi illud Grego. Laqueus enim iuuenum omnes vos. ii. q. vii. Paulus. ad prædicta facit. xx. titulus. in hac ſecũda parte poſitus de ſymonia & exactionibus quæ in Romana curia & alibi à ꝓmotis requirũtur. Ad prædicta facit. xiii. q. ii. quæſta eſt nobis Nereida. cũ ſequentibus. & iiii. & iii. c. ii. conc. Bracharẽſ.

Gratis acceptũ pretio diſtrahi nõ debet.

Malè à ſuperioribus actũ de facili à ſubditis trahitur in exẽplum.

Titulus lxi.

De Iudæorum & aliorum infideliũ familiaritate & conuerſatione euitanda. Et ne publica officia eis committantur: nec ſeruiant in curiis principum, ut fouentes ſarracenos puniantur.

ITem in l. ca. prędicti concilii Elibertani fuit etiam conſtitutum, quòd ſi quis clericus vel alius fidelis cũ Iudæis cibum ſumpſerit, à cõmunione pellatur, & dictũ cõcilium & alia nõ ſeruentur: quoniã in multis partibus ſicut in Hyſpania ad dignitates ſeculares aſſumuntur contra, l. vlt. C. de Iudæis. Etiam ad officia & miniſteria in quibus ponunt clericos & ꝑſonas eccleſiaſticas & eccleſias & Chriſtianos grauare. nec in hoc ſicut deceret prouincialia cõcilia prouideatur, de accuſatio. ſicut olim. nec per epiſcopos ſicut

Cum Iudæis cibũ ſumerę nõ debemus, nec eos ad dignitates ſeculares aſſumere.

fuit ſtatutũ in cõcil. Toletano, quod habetur liiii. diſt. nulla. xvii. q. iiii. conſtituit. de Iudæis. cũ ſit. & c. ad liberandã. ante finẽ. & in. lvii. lxi. lxii. iii. iiii. & v. c. iiii. cõci. Tole. Dictis etiã Iudæis multi vẽdãt reddit⁹ ſuos, nec ad dictos reddit⁹ leuãdos deputẽt Chriſtianũ: ſicut ſtatutũ eſt ab eccleſia de Iudæis. in ca. ex ſpeciali. Sed tales blaſphemi Chriſti vim poteſtatis exercẽt in homines Chriſtianos, cõtra cõciliũ generale de Iudæis. in c. cũ ſit. & c. i. in fi. Dicti etiã Iudæi ab aſsidua cõmunione Chriſtianorũ non abſtineãt, licet hoc fuerit in iiii. Tole. cõci. cõſtitutũ, ne ſimplices corrũperentur ab eis. xxviii. q. i. ſæpe. de Iudęis. ad hoc. Dicti etiam Iudæi in multis partibus ad teſtimoniũ cõtra Chriſtianos & ad actus legitimos admittuntur, à quibus eos iura repellunt. ii. q. vii. alicui. & de Iudęis. c. Iudæi. Chriſtiana etiam mancipia habent & ſecum retinent: quanquam canones prohibeant quòd nullus Iudæus baptizatũ vel baptizari volentem, in ſuo ſeruitio audeat retinere. vt de Iudęis. c. vlt. in principio. in diebus etiam lamentationum & dominicę paſsionis in multis partibus in publicũ prodeũt. Et in die paraſceues oſtia & feneſtras clauſas non tenent. Quinimo dictis diebus in contumeliam fidei noſtrę multa illicita agunt cõtra iura. de Iudęis. Iudæos. & extra. e. in c. in nõnullis. §. in diebus. quia dicti etiã Iudæi in multis partibus rotã ſiue ſigna nõ deferunt. Et ideo frequẽter Iudæi Chriſtianorũ & Chriſtiani Iudeorũ mulieribus carnaliter cõmiſcentur, & in fide & moribus corrumpuntur: quod eſt cõtra iura. xxviii. q. i. caue Chriſtianę. de Iudęis. in nõnullis. primo reſpõ. vnde in dicto conci. Elibertano. lxxviii. c. ſtatuitur, ꝙ ſi quis fidelis habens vxorẽ, cum Iudęa, vel Gẽtili mœchat⁹ fuerit, à cõmunione arceatur. Debent igitur habitum à Chriſtianis diſtinctum deferre. ſicut enim habitus nouiciorũ diſcerni præcipitur ab habitu profeſſorũ. de regularibus ſtatuimus: & in qualitate veſtis diſcerni debet meretrix à matrona. ff. de iniur. l. i. §. ſi quis virgines: & miles à priuato. ff. de loca. & condu. ſi ignoras. & mulier per longum crinem. xxx. diſt. ſi qua mulier. & clericus à laico. xxiii. diſtinc. his igitur. & c. non liceat. de vita & honeſta. clericorum. Sic etiam diſcernere debet vbiq; Iudæos præ-

Iudæ⁹ cõtra Chriſtianũ non perhibet teſtimoniũ.

Chriſtianus cognoſcens carnaliter Iudæam punitur.

Diſtinctio habituum hìc ponitur.

dictos. Prędicti etiã Iudęi medicinas Chriſtianis præbent: & inter ipſos officium medicorum exercent: & ſe frequenter in eiſdem eorum balneis cum eis balneant: & cũ eis comedunt contra iura.xxviii.q.i.nullus.& ca.omnes.quæ.c. ſunt viii. Sino. & concilii Agatheñ. In multis etiam partibꝰ per ipſos Iudæos Deus blaſphematur, nec puniuntur per dominos ſeculares, ſicut iura præcipiunt, vt in dicto cap. in nonnullis.§.vlti. & de blaſphemiis.c.vnico, quinimmo dicti principes, potiſsimè in Hiſpania, eos ducũt in cubicularios, & in picernas, & botellarios: & totius domus eorũ adminiſtratores retinẽt: & cibi & potus eiſdem dominis adminiſtrantur ab eis. à quibus omnibus exceſsibꝰ eſſent tam principes quàm ipſi Iudæi compeſcẽdi. Potiſsimè cùm per ipſos Iudæos religioſi ad dictos principes veniẽtes, & clerici, & alii Chriſtiani, frequenter dicũtur turpiter & inhoneſtè eſſe deluſi. Et idem etiam videtur prouidendum de Chriſtianis maritimis transfretãtibus & in cõuicinio Sarracenorum & aliorum infidelium poſitis. Nam eædem inconuenientiæ ſequuntur quæ ſupraſcripta ſunt. A' Iudæis & à multis falſis Chriſtianis fouentur: & arma & alia vetita portant eiſdẽ. Nec ſeruatur lex q̃ talia facientes decapitari præcipit, bonis omnibus publicatis. C. quæ res expor. non debẽt.l.ii. Nec ſeruatur etiã cõci. Lateraneñ. ſecundũ quod tales etiã ſunt excõmunicati ipſo iure: & ſunt ſerui capientiũ: & bonorũ omniũ amiſsione mulctãtur. de Sarracenis. ita quorundã. & in talium abſolutione, quando ad gremium matris eccleſiæ reuertuntur, non ſeruatur forma debita & à iure ſtatuta, vt ſcilicet, quod lucrati ſunt & tantundẽ de ſuo in ſubſidium terræ ſanctæ cõferant priuſquã abſolutionis beneficiũ mereantur, ſecundũ formam cõcilii generalis. de Iudæis & Sarracenis, ad liberãdam terrã ſanctam, quia quaſi ꝑ nihilo in Romana curia, & ab aliis quibus per eã concedũtur indulgẽtiæ, abſoluũtur. quod cedit in ꝑniciẽ & diſpẽdiũ terræ ſanctæ: & in cõfuſionẽ & ignominiã fidei orthodoxe, & Ro. eccle. & ex hoc fit vt ꝓpter impunitatis audaciã fiant (q̃ neq̃ fuerãt) nequiores & facilitas venię incentiuũ eis tribuat delinquẽdi. de ſentẽ. excõ. vt fame. xxiii.q.iiii. eſt iniuſta. ff. de pœnis.l.i.§. famoſos.

Facilitas ueniæ incẽtiuum tribuit delinquendi.

Titulus ſexageſimuſſecundus.

De luſoribus alearum & taxillorum: & aliis ludis prohibitis.

Pœna luſoris ad aleas & tabulas ponitur.

IN lxxix.c.concilii Elibertani fuit conſtitutum, quòd ſi quis fidelis ad aleas ſiue tabulas luſerit, quod ab eius cõmunione abſtineatur: & ſi abſtinuerit,& ſe emendauerit, quòd poſt annum recipere poſsit cõmunionem. Et prædictus alearũ ludus & etiã taxillorum & alii ludi prohibiti à conciliis & à Romanis põtificibus & iuribus,in conſpectu eccleſię & principum,& omnium fidelium ita publicè interChriſtianos fiant,ac ſi eis vti licitum eſſet. Et idẽ fiat & ſeruetur in ſagittariis & baliſtariis quorum ars aduerſus Chriſtianos & catholicos ſub anathemate exerceri prohibetur ab Innocen.ii.extra de ſagittariis.c.vnico. & etiam in torneatoribus,quorum ars in concilio Lateranẽſi,& ab Innocentio & Eugenio Papa propter animarum pericula prohibetur. Et præcipitur, quòd ſi quis in dictis torneamẽtis mortuus fuerit,eccleſiaſtica careat ſepultura, vt de torneamẽtis. c.i. Et idem etiam fiat in duellatoribus,quorum monomachia ex decreto Nicolai Papæ eſt prohibita.ii.q. v.monomachia.& etiam à leg. ſeculari.C. de gladiatoribus.l.vnica.videretur quòd eſſet ſuper his, & ſuper conſimilibus prouidẽdum propter animarum periculum: & ne eccleſia videretur talia quæ ad peccandum incitatiua ſunt, & peccatorum occaſio,tolerare. De epiſcopis autem preſbyteris & diaconibus, aleæ ludo & ebrietati deſeruiẽtibus continetur in canonibus apoſtolorũ quòd puniãtur. xxxv. diſtin.epiſcopus.& in concilio generali prohibetur, quòd clerici ad aleas & taxillos non ludant: nec huiuſmodi ludis interſint.de vita & honeſt.cleri.c.clerici ii.ne cleri.vel mona.c.i. Et clericus publicus aleator à ꝓmotione repellitur. de exceſsi.prælato.inter dilectos.& facit in autenti. de ſanctiſsi.epiſcopis.§.interdicimus.vbi præcipitur quòd trien nio tales à ſuo miniſterio arceantur: huiuſmodi enim ludus videtur infamare. Nam ex eo ſequitur eccleſiæ ſpretus vſuráque ſiue rapina, ſcandala vel nuge, blaſphemia ſeu

Clericus aleator à ꝓmotione repellitur.

Quæ ex alearũ luſu ſeqtur.

faciendi furti doctrina, violentia , crimina falſi, & mortis cauſa,deceptio,perditióque temporis,& deſiderium corruptio.iunges iſtis prædictis adulatio vitáque turpis. Sicut proſequitur Hoſtien.in ſumma de exceſ.prælato.§.i.verſ. notantur.

Titulus lxiii.

Ne fœminæ coniugatæ abſque maritorum nominibus literas mittere uel recipere audeant.

ITem in vltimo.c. dicti conſilii Elibertani fuit conſtitutum,quòd fœminæ coniugatæ fideles abſque maritorũ nominibus & ſcientia, literas recipere non audeant nec etiam deſtinare:& hoc propter mala quæ ex talibus hactenus euenerunt, fuerit conſtitutum, & modernis temporibus non ſeruetur. Sicut nec de monachis,de quibus etiam ſcribitur quòd abſque licentia abbatis literas nõ recipiant. xii.q.i.non dicatis. videretur laicis forſitan vtile dicta iura renouari, cùm propter contrariũ vſum ludibrio videãtur.

Litere ſine maritorũ uotis à mulieribꝰ nõ mittantur nec recipiantur.

Titulus lxiiii.

Vt in dominicis & aliis feſtiuis diebus cauſarum ſtrepitus cõquieſcant,ac nũdinæ & opera illicita & etiã ruſticana.

SEcutiuè in.iiii.cap. concilii Terraconen. fuit conſtitutũ quòd nullus epiſcoporũ aut presbyterorum , vel clericorum die dominico propoſitum cuiuſcunque cauſæ negotium audeat iudicare , niſi vt Deo tantũ ſtatuta ſolennia peragantur. Et iſtud,vt dominicis & feſtiuis diebus ceſſetur à iudicialibus & etiam ab omni illicito opere & à nundinis & mercatis: ſitque aliis conciliis & iuribus conſonum,& propter ſanctorum venerationem & animarũ pericula quæ inde inſurgunt, & ob Dei reuerentiã fuerit introductum: & ſolennes feriæ appellentur: vt extra de fer. c.i.& vlt.& in aliis.c.eiuſdẽ conci.C.de fer.l.oẽs & l.dies. & ꝑdicta iura & conſimilia non ſeruẽtur, potiſſimè in regno Franciæ & in aliis:in quibus regnis,diebus dominicis

Nũdinæ diebꝰ feſtinis nõ fiãt nec placita.

& feſtiuis placitatur. nūdinæ & mercata fiunt: & alia opera ruſticana & illicita: videretur eſſe ſuper hoc prouidēdum, cùm plura mala in dictis dominicis & feſtiuis diebus quàm in aliis cōmittantur & frequenter ſe populi exerceant in ludis turpibus & amatoriis plauſibus, & cantilenis, quod prohibetur in. iiii. conci. Toleta. de conſe. di. iii. c. i. quinetiam dictis diebus & quadrageſimalibus nō deberent ipſi fideles ſe ab ecclesiis abſentare: nec in cubiculorum latibulis habitare, ſicut habetur in ii. c. concilii Cæſarauguſtani.

Titulus lxv.

De clericis in eodem loco degentibus, ut ſaltem die ſabbati in ueſperis & die dominica ſubſequenti inſimul cōueniant ad diuina.

IN vii. c. prędicti concilii Terraconeñ. fuit conſtitutum, vt totus clerus eiuſdem parochiæ omnibus diebus matutinas & veſperas ſimul celebret, & quòd die ſabbati ſpecialiter conueniant, & in diebus dominicis in omniū pręſentia ſolennia celebrentur. Et dictum concilium eſt aliis conforme & iuribus conſonum. ſicut habetur. xci. diſtin. quaſi per totum. videretur vtile prædictum concilium obſeruari. Nam in v. c. i. concil. Toletani ſtatutum eſt, quòd ſi cuiuſlibet ordinis cleric⁹ tardius ad eccleſiā venerit, deponatur, & in lxiii. c. tertii concilii Brachareñ. continetur quòd ad matutinum & veſpertinum officium conueniant. & in lxiiii. quòd diebus dominicis ab eccleſiis nō ſe abſentēt. & in. lxv. quòd ante horam tertię non prandeant, & in lxvi. quòd cum habitu decenti incedant.

Titulus lxvi.

De epiſcopis, ut annis ſingulis uiſitent diœceſes ſuas: & quod idem faciāt illi quibus competit uiſitare, & ne in abſentia procurationes quomodolibet recipere poßint.

ITem in. viii. ca. dicti concilii Terraconeñ. poſito. x. q. i. decreuimus, fuit conſtitutum quòd epiſcopi ſingulis annis ęccleſias ſuas viſitent diœceſanas. Et idem fuit, in aliis

conciliis& iuribus conſtitutum,ſicut in iiii.conci. Toleta. ea.q.epiſcopũ.quinimo epiſcopi, archidiaconi,præpoſiti, & alii quibus officium viſitandi incumbit,& hoc communitor non ſeruetur: ſed prædicti à ſede apoſtolica & aliis viis,procurationes quas viſitando recipere non deberent, ſibi miniſtrari procurent: quæ duplex infamia negligentiæ & auaritiæ ſanctis patribus magno hactenus fuit horrori: ex quo ſtatuerũt ne quis deinceps tale cupiditatis ingenium exerceret: vt ex hoc ſollicitiores fierẽt de ſuis gregibus viſitandis. Prouidentes vt quando eſſent languore detenti,aut aliis occupationibus implicati, loco ſui viros aliquos probabiles deſtinarent, ſicut ſtatutum fuit in iiii. concilio Tolet.x.q.i.relata.& c.epiſcopum.xlii.diſt. non oportet. Primò videretur vtile & ꝓficuum eccleſiis,quòd Romana eccleſia nullatenus indulgeret huiuſmodi procurationes in abſentia recipi, & quòd conſtitutiones Greg. x.& Bonifacii,de cenſib⁹ & procurationib⁹ exigit.& c.felicis.& alia iura ſuper eo.tit.& in aliis edita ſeruarent̃.vnde in xxi.c.concilii Toleta.fuit conſtitutum,vt epiſcopus angarias vel indictiones in diœceſibus,quod c.ponitur x. q.iii.quia cognouimus: vt in præcedenti c. dicitur, quòd eccleſia cum eius dote in epiſcopi poteſtate conſiſtat.x.q. i.c.ii. & iii. In xxxvi.c. quarti concilii Toletani præcipitur,quòd epiſcopi per ſingulos annos viſitent diœceſes & parochias ſuas.In ſecundo autem conci.Brachareñ.c.primo,& tertio,quod ponitur x.q.i.placuit.dicitur,quòd epiſcopi viſitantes eccleſias grauare nõ debent, ſed debẽt inquirere qualiter rectores & miniſtri diuina officia pagãt: & eos inſtruere in prędictis ꝙ eccleſia eſt immunis & libera à prędictis,niſi ꝓbetur eſſe ſerua.Nec videt̃ ꝙ ad illam ſeruitutẽ poſsit indici per dñm Papã: qui in cõtrariũ dicit aliqua priuilegia aliquib⁹ regibus cõceſsiſſe:quia hęc ſunt priuilegia eccleſiæ generalia fauorabilia,generaliter conceſſa,& perpetuò cõfirmata,quæ ſine eccleſię deformitate tolli non poſſunt.xxv.q.i.ferè per totũ.& ea.cau.q.ii.c. i.ii.& iii.& c.eccle.& ſeq.& pręcedẽti.vnde vno verbo nõ videt̃,ꝙ ipſe qui iura tuetur,tanta & tã generalia & fauorabilia iura & priuilegia ſubuertere poſsit: vt C.de inoffi.

Eccleſia cũ ei⁹ dote in epiſcopi eſt poteſtate.

Eccleſia eſt libera & immunis.

Vnico uerbo iura nõ

præſumũtur ſubuerti.

teſta.ſi quãdo.& de elec.eccleſia.§.denique.& de hoc fuit tactũ aliqualiter ſuprà.in ii.& ii.titu.huius ſecũdæ partis.

Item nec illa immunitas prætermittenda eſt,ſecundum quam quilibet poteſt regulariter rem ſuam eccleſiis relinquere, & quòd etiam extra manum ſuam ponere non eſt cogendus,contra quam multi principes & tyranni diuerſas machinationes ingerunt.Vnde contra eos multa hactenus prodiderũt remedia.& nouiſsimè per dominum Alexandrum de immunitate eccleſiarum.quia nonnulli.&per dominum Bonifacium in c.clericis.quæ remedia non proficiunt.Contra tales inuehit concilium generale de rebus eccleſiæ nõ alienandis.cũ laicis.ibi nõ ſolùm de alienatione feudorũ & aliarũ poſſeſsionum eccleſiaſticarũ & vſurpatione iuriſditionũ.ſed etiam de mortuariis, & pro anima relictis de quibus aliqui ſtatuerunt,quòd eccleſia infrà annum & diem diſtrahat,aliàs authoritate propria relicta occupabunt contra legem.C.de ſarcoſan. ecc.generali. & l.iubemus . vbi dicit quòd cuilibet licet res patrimoniales vel partem ſiue cauſa mortis vel iure inſtitutionis,vel quocunque alio modo relinquere eccleſiæ, vel inter viuos donare nec eſt neceſſè quòd talis donatio actis inſinuetur.C. de ſacroſan.eccleſiis.l.illud.Nam in donationibus quæ fiunt eccleſiis optima menſura eſt immenſitas. in autent.de non alienan.aut permutan.reb.eccle.§.finimus. collatione ſecunda.Adeò quòd ſi quis de curiali fortuna reliquerit tales donationes eccleſiæ,lucratiuis inſcriptionibus liberę ſunt & immunes . Cur enim non facimus diſcrimen inter res diuinas & humanas? C.de ſacroſanctis eccleſiis.l. ſancimus.la.ii.Et hæc etiam futurũ tempus reſpiciunt. in autentico de eccleſiaſticis titu.§.ad hæc ſancimus.&. §. ſeq. Si quæ verò & ſi qua conſtitutio in contrarium promulgetur,irritanda eſt.C. de ſacroſanctis eccleſiis. decernimus. C.de epiſco.& cleri. omnia priuilegia.hoc enim ius quod eſſet,relinquatur maximè in vltimis volũtatibus valde fauorabile eſt.Tum fauore vltimę volũtatis.C.de ſacroſan. eccleſi.l.i, Tum fauore animæ,xiii.q.ii. animæ defunctorũ.C. de ſacroſanctis eccle.ſancim⁹.Tum fauore eccleſię, quæ etiam habetur loco filiorum in auten. de ſancti. epi,

Immẽſitas quãſit optima mẽſura ponitur.

Relictũ in ultima uolũtate eſt fauorabile.

§.ſed & hoc pręſenti.extra de probatio. in pręſentia.§.pe. in authé.de eccle.ti.Si quis in nomine magni Dei. colla.ix. Nulla igitur conſtitutione contrarium ſtatui poteſt, cùm ſine periculo animæ ſeruari non poſsit.de cõſue.c.fi.& de præſcriptio.c.fi. hîc igitur triplex funiculus rumpitur difficulter.de treug.& pa.c.fi.

Ité vſurpatur iuriſditio eccleſiaſtica, & violatur immunitas & libertas eccleſiæ à dictis dominis temporalibus, ꝙ intra eccleſias & monaſteria, clauſtra & cemiteria, ſedes & placita ſecularia tenent, & proceſſus ſuos faciũt in eiſdem: nec proſunt contra hoc antiqua remedia, neque noua.de immunita.eccle.c.i.& c.cũ eccleſia.& c.decet.de electio. quòd ſicut.de appellatio.qua fronte.ii.q.ii.§.vltimo. *Laici circa libertatē & eccleſiaſticā iuriſditionē.*

Item quia ab eccleſiis & monaſteriis & perſonis eccleſiaſticis halbergum & hoſpitium violenter petere, & pro ſe & ſuis neceſſaria exigere, quaſi & debito non verentur, quinimmo quantò maiores in hoc potius peccare videntur: nec in hoc proſunt iam conſtituta remedia de immu. eccle.c.i. xlii.diſt.quieſcamus.C.de epi. & cle.l.i. in cõci. generali.de rebus eccleſiæ non alie.hoc conſultiſsimo.

Item violant immunitaté eccleſiaſticam. xl. paſſuũ maioribus eccleſiis, & minoribus.xxx.conceſſam.xvii.q.iiii. ſicut antiquitus.&.c.frater.& c.miror. *Extētio eccleſiarum immunitatis in paſſibꝰ cõſiſtēs.*

Item ſi aliqua perſona eccleſiaſtica poſsidens immobiliã pro homicidio, vel cęteris criminibus ex quibus bonorum ſequitur confiſcatio, puniatur: non permittunt huiuſmodi immobilia diſtringi per eccleſiã, nec etiam cõfiſcari: quod eſt contra eccleſiaſticam libertatem, & etiam contra iura: cũ bona perſonas amplexentur, eámq; concomitentur.& non ecõtra. de clericis coniuga.quod à te. de renuntia.ex tranſmiſſa.xvii.q.iiii.c.vl.ff.de colleg.illici.l.i.in fi.xvi.q. vi.de lapſis.& c.cognouimus.& c.illud.& cap.epiſcopo. *Bona pſonas amplexantur.*

Item priuilegia eccleſiarũ ac compoſitiones cum eis vel eorũ procuratoribus factas, non ſeruant, ſed ſemper eccleſiaſticas perſonas & eccleſias ac monaſteria pro prædictis moleſtãt: contra illud quod Gelaſius Pap.ſtatuit.xvi.q.iii. placuit.dicés, Placuit huic ſanctæ & magnæ ſinodo, vt res vel priuilegia, quæ Dei eccleſiis ex longa cõſuetudine per

tinet, ſiue ab diuinæ recordationis imperatoribus, ſiue ab aliis Dei cultoribus in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta poſſeſſa ſunt, nequaquã à poteſtate præſulũ eorũ quæcũq; perſona ſecularis per poteſtatem ſubtrahat aut p argũmẽta quælibet auferat. Sed ſint omnia in poteſtate & iuſſu præſulis eccleſiæ quæcunq; intra triginta annorũ ſpa tia ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſecularium vel clericorum contra præſentem diffinitionem egerit, tãquam ſacrilegus indicetur, & donec ſe correxerit & eccleſię priuilegia propria ſeu res reſtituerit, anathema ſit. Regi etiã Franciæ videtur imponi neceſsitas quòd talia non præſumat, vt habetur ex libro capitulorum Caroli & Ludouici imperatoris. xvi. q. i. quia iuxta.

Item ꝓ voluntatibus eorundẽ & abſque cauſis rationabilibus ponunt dicti domini temporales manum ſuam & ſeruiẽtes in bonis eccleſiarum & monaſteriorum & quarumcũq; eccleſiaſticarum perſonarum etiam frequenter in caſibus in quibus non apponerent in bonis ſecularium ꝑſonarũ: & tã diu dictã manũ & ſeruiẽtes in dictis bonis te nẽt quouſq; dictę ꝑſonæ eccleſiaſticæ ſe erga eos redimãt.

Titulus lxvii.

De muneribus ꝑ iudiciis, iuriſditionibus, & officiis nõ recipiendis: & emolumentis iuriſditionum nõ uendendis, & quòd eccleſia nihil recipiat ab uſurariis & Iudæis: nec de bonis eorum nec aliorum qui cum notorio peccato ea acquirunt. Sed diſtribuat pauperibus, uel reſtituat quibus debet.

IN x. cap. concilii Terraconeñ. fuit conſtitutum, ne qui clericorum pro impenſis patrociniis & iudiciis munera recipiant: & idem ſit in aliis conciliis & iuribus conſtitutum, ne iudices etiam iudicium iuſtum vendant, neque per ſortes iudicent. xi. quæſtio. iii. non licet iudici. extra de ſenten. & re iudi. cum eterni. li. vi. & contra prædicta iura & conſimilia hodie quaſi indiſtinctè à miniſtris iuſtitiæ, maximis, mediocribus & minimis, munera reci-

piantur, & exitus & prouẽtus iuriſditionum vẽdantur cõtra prouiſionẽ cõciliorũ Lateraneñ. & Turoneñ. ne prælati vices ſuas ſub annuo cẽſu cõcedãt. c. i. & . ii. ex hoc humanũ iudiciũ puertiẽ & iudicãtiũ oculi muneribus excęcãtur. Sicut Greg. ait. xi. q. iii. quatuor modis. & ſecundũ legẽ canonizatam venales ſententiæ quæ in mercede à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpoſitę prouocationis auxilium infirmas eſſe decernuntur. vt l. venales. C. quan. prouo. non eſt nece. ii. q. vi. ei qui appellat. verſiculo venales. Videretur in vtroque ſtatu eccleſiaſtico & ſeculari eſſe ſuper hoc prouidendum. Nam vt ait Yſodorus pauper dum non habet quid offerat, nõ ſolùm audiri cõtemnitur, ſed etiã contra veritatem opprimitur. Cito nãq; violatur auro iuſtitia, nullámq; reus pertimeſcit culpã quã redimere nũmis exiſtimat. xi. q. iii. paup. Videreẽ in ſuper prouidẽdũ & ordinãdũ, ꝙ eccleſia nihil reciperet ab vſurariis & Iudeis: nec de bonis eorũ q cũ notorio peccato ea acquirunt, Sed diſtribuat pauperibꝰ & diſtribuat qbꝰ debet.

Venales ſententiæ nõ ſint.

Redẽptio culpæ non fiat nummis.

Titulus lxviii.

De officio eccleſiaſtico uniformiter in una quaque prouincia & etiam in quolibet regno dicendo.

IN primo. c. concilii Gerundeñ. fuit cõſtitutum, quòd ſicut in metropolitana eccleſia officium agitur, ita in tota prouincia tam ipſius miſſa ordo, quàm pſallendi vel miniſtrandi conſuetudo ſeruatur. Et hoc idem cõſtitutũ fuit in xi. concilio Toletano. c. iii. xii. diſtinct. de his. ne aliqua diuerſitate cuiuſcunq; ordinis, vel officii à metropolitana ſede diſiungantur. Nam iuſtum ſit vt vnuſquiſque inde aſſumat regulas magiſterii vnde honoris cõſecrationẽ ſuſcepit: vt iuxta decreta maiorũ, ſedes quæ vniuſcuiuſq; ſacerdotalis dignitatis mater eſt, ſit eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Et hoc idẽ præcipitur ab abbatibus obſeruari, vt iuxta volũtatẽ ſui epiſcopi regulariter viuẽtibus, veſperas, matutinũ & miſſam aliter q̃ ſit in metropolitana eccleſia, celebrare nõ liceat. Et ſi qs cõtrariũ fecerit, ꝙ ſex mẽſibus cõ-

Aſſumere regulas magiſterii Vnde honoris cõſecrationẽ ſuſcepiſti.

munione priuatus apud metropolitanum ſub pecunię cẽſura maneat corrigẽdus. Et ſupradicta concilia rationabiliter conſtituta non ſeruentur. Et ex hoc diuerſæ locorum cõſuetudines diuerſimodè varientur: nec inueniri poſsint cauſæ, quas in eis conſtituendis ab initio habuerunt. Videretur ſecũdum quod Auguſtinus ſcribit ad inquiſitores Ianuarii, quòd haberent omnia prædicta reſecari: xii. diſt. omnia. Nam multę tragediæ, & moteti, & alia ex quibus auditores non ædificantur, non ad deuotionem, ſed poti⁹ ad contrarium excitant: quod eſt directè contra illud per quod eſt officium inſtitutum. Sicut Yſodorus in ſeptimo libro Ethimologiarum. xii. capitu. atteſtatur. xcii. diſtincti. cantantes. Ex prædicta etiam diuerſitate ſequitur magna incommoditas eccleſiaſticis perſonis: quia cum lõgiſsimis temporibus laborauerint ad ſciendum officium vnius eccleſiæ vel diœce. tranſlati ad aliam quaſi officii reperiuntur ignari. Difficile nanque eſt inexpertos diuinis officiis mancipari. xix. quæſtio. iii. monaſteriis. Vnde ex prędicta diuerſitate perdũt multi pauperes clerici & presbyteri victum ſuum: & multi prælati conuenientes & idoneos non inueniunt in diuino officio ſeruitores: & in ii. ca. iiii. concilii Toletani continetur, quòd nulla penè peſtis magis diſciplinæ mores ab eccleſia Chriſti depulit, quàm inordinata diuerſitas officii: quę apud carnales ſciſmatis errorem videtur oſtendere, & multis eſt materia ſcandalorum. vnde qui in vna fide & in vno regno morantur, vnum officium dicere præcipiuntur. Idem ſtatuitur in concilio Bracharẽ. vbi dicitur, quòd vnus ac idem pſallendi ordo in matutinis & diuinis officiis teneatur: & non diuerſę ac priuatæ, neque monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permixtæ. & quòd omnes in ſolennitatibus eaſdem lectiones legant. & quòd miſſæ eodẽ ordine celebrentur. quod c. ponitur. xii. diſtinct. placuit.

Inordinata officii diuerſitas quid operetur.

Titulus lxix.

Vt mulieres à virorũ cœtibus, & à ludis, & inhoneſtis tactib⁹ retrahãtur: & ut coma, & habitu diſcernãtur à viris.

PRæterea in i.c.conſilii Ceſaraugu. fuit conſtitutum, ꝙ omnes mulieres fideles à virorũ alienorũ lectione, & cœtibus ſeparẽtur, ne ad ipſas prætextu docendi vel diſcendi quicquam accedant: & dictum concilium, & multa ſimilia non ſeruẽtur, & multæ familiaritates & confabulationes illicitæ contrahãtur: quia tam in eccleſiis, quã extra eccleſias, viri & mulieres extraneæ ab eorũ parentela, in diuerſis ludis ſe exercitant: & tactibus, appetitibus, & applauſibus mutuò ad cõcupiſcẽtiam inflãmant. Etenim ait Aug. de fid. Chriſtia. Nec ſolo tactu & affectu, ſed aſpectu quoq; appetitur & appetit concupiſcentia fœminarũ. Ne dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: qa impudic⁹ ocul⁹ impudici cordis eſt nũtius. Et cum ſe ſibi inuicem etiã & tacẽte lingua conſpectu mutuò corda nũtiant impudica: & ſecũdũ cõcupiſcẽtiam carnis, alterutro delectãt ardore: vnde etiã intactis ab immũda violatione corporibus fugit caſtitas ipſa de morib⁹. xxii.q.v. nec ſolo. & c. qui viderit. videretur fructuoſum animabus, quòd eo ingenio quo decẽtius fieri poſſet, retraherentur dictæ mulieres à conſortio virorũ extraneorum: & à ludis etiã ſupradictis. Et inſuper ſecũdum doctrinã Apoſtoli ad Cor. coma & habitu decernerẽtur à viris: vnde in Gangreñ. conci. ſtatuitur, ꝙ quæcũq; mulier religioni diiudicãs cõuenire, comam ſibi ãputauerit, quã Deus ad velamen eius, & ad memoriã ſubiectionis illi dedit, tanq̃ reuoluens ius ſubiectionis, anathema ſit. xxx. diſt. quæcũq;. xxxiii. q. v. mulier debet. de conſec. diſti. v. fucare. quod eſt mulierum prouincialium.

Impudic⁹ oculus eſt impudici cordis nũtius.

Coma mulieris ſignificat ſubiectionem.

Titulus lxx.

De regibus & principibus iuriſditionem diuerſimodè eccleſiaſticam perturbantibus, & uſurpantibus: de aliis potentibus alios expoliantibus: perſonas eccleſiaſticas, paupeperes & peregrinos opprimentibus: & illis qui ad limina apoſtolorũ Petri & Pauli, uel ad alia oratoria accedũt ſua auferentibus excõmunicãdis, & per eccleſiã cõpeſcẽdis.

IN xi.c.i. concilii Toletani fuit cõſtitutum, quòd ſi quis de potentibus, clericum aut quemlibet pauperem, aut

religioſum expoliauerit: & mandauerit eum ad ſe venire epiſcopus vt audiatur, & contempſerit: inuicem mox ſcripta percurrant per omnes prouinciæ epiſcopos, & quoſcunque adire potuerint vt excommunicatus habeatur ipſe donec obediat & reddat aliena. Et dictum ca. poſitum eſt in decretis. xxiiii. quæſt. iii. ſi quis de potentibus.

Auxilium ab eccleſia oppreſſis impartiatur.

Verumetiam quibuſlibet oppreſsis eccleſia teneatur cõtra improborum violentias, protectionis & defenſionis auxilium impartiri. vt lxxxvii. diſtinct. quaſi per totum. & in xxxii. cap. iiii. concilii Toletani. & xxxviii. capit. eiuſdem concilii. & dicta iura non ſeruentur, nec etiam conſimilia ad eccleſiaſticam iuriſditionẽ & cõmunem vtilitatem pertinentia. ſicut eſt illud c. Calixti Papæ, xxiiii. q. tertia.

Si quis romipetas, & peregrinos, & apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorum oratoria viſitantes, capere, ſeu rebus quas ferunt, ſpoliare: & mercatores nouis teloneorum & pedagogiorum exactionibus moleſtare tentauerit, donec ſatiſfecerit communione careat Chriſtiana.

Et illud cap. Nicolai Papæ, eadem quæſti. illi qui peregrinos, vel oratores cuiuſcunque ſancti, ſiue clericos ſiue monachos vel fœminas aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malũ eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, niſi dignè emẽdauerint. Pax verò illa, quam treugam Dei dicimus, fideliter obſeruet̃, ſicut ab archiepiſcopis & epiſcopis vniuſcuiuſq; prouinciꝫ cõſtituta eſt. Qui autẽ eam infregerit, excõmunicationi ſubdatur. & illud ex dictis Grego. ii. Papæ. ead. q. quiſquis per dolum manũ ſuam mitti in Chriſtum, id eſt epiſcopũ vel presbiterum: quia ſacrilegiũ graue cõmittit.

Incẽdiari' eccleſiæ punitur.

Et ſi quis eccleſiam dei vaſtat aut impugnat, aut incendit: quia & hoc grauiſsimum ſacrilegiũ eſt, placuit ſanctꝫ ſinodo, vt in primis omnia bona eius proſcriptione publicẽtur: deinde in vno loco. i. monaſterio incluſus pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ.

Et illud Vrbani Papæ. eadem quæſt. paternarum traditionum exemplis cõmoti, paſtoralis officii debitum perſoluentes, eccleſias cum bonis ſuis, tam perſonis quàm poſſeſsionibus, clericos videlicet ac monachos, eorúmque

conuerſos, vel commiſſos: oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus quas ferũt, tutos & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit, & poſtquam facinus ſuum recognouerit, infra triginta dierũ ſpatium competenter non emendauerit, à liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur. *In tuto ſint bona eccleſiæ & miniſtri eius*

Et illud Alexan. Papę, xvii. q. iiii. Si quis deinceps priorum, aut cuiuſcũq; dignitatis vel cuiuſcunq; ordinis laicorũ epiſcopum cõprehẽderit vel percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi fortè iudicatum canonicè, aũctores vel cooperatores tanti ſceleris anathematizentur, & bona eorum eccleſiæ ipſius iuri perpetuo tradantur. Si verò in presbyterum vel in quẽcunq; inferiorum graduũ clericum hæc eadẽ pręſumpſerit, canonicæ pœnitentiæ ac depoſitiõi ſubiacebit. Si cõtumax fuerit, excõmunicetur. *Qui epiſcopum cõprehenderit, punitur ut hic ponitur.*

Videretur ſuper obſeruantia prædictorum & aliorum ad eccleſiaſticam iuriſditionem pertinentium fore de cõpetenti remedio eccleſiæ prouidendum. Nam quaſi per quandam aluuionem fruſtatim domini temporales ad ſe omnia trahunt. Et ſicut fruſtatim lupus agnum comedit, ita & per ipſos iuriſditio eccleſiaſtica fruſtatim quodammodo deuoratur, quidquid ad eccleſiaſticam iuriſditionẽ, potiſsmè quod ad temporalia pertinet, ſibi competere putantes. Et pauci ſunt caſus ad eccleſiam pertinẽtes, in quibus directè vel indirectè per eos eccleſiaſtica iuriſditio nõ turbetur in diuerſis mundi partibus, nec iam cõſtituta remedia proficere poſſunt ſicut experientia docet. *Fruſtatim dñi tpales ad ſe õnia trahunt ꝗ ſunt eccleſiæ maximè gallicanæ.*

Turbatur enim per eoſdẽ eccleſiaſtica iuriſditio in cauſis ſeruorum, & ruſticorum eccleſiaſticorum, quos talliant & iuſtitiant tanquam ſuos contra illa iura. lxxxix. diſtin. iudicatum. duodecima quæſtio. ii. eccleſiarum ſeruos. de for. competen. nullus. *Caſus alĩ qui in qb⁹ eccleſiaſtici in ſua iuriſditione pſeculares pturbãtur.*

Item in cauſis pœnitentium, qui in cauſis ſuis quas negligere fortè non debent, melius eccleſiaſticum, quàm foreñ. expetunt iudicium, etiam ſi ſint rei, ſecundum glo. xi. q. i aliud. de pœnitentia. diſtinct. i. aliud.

Item in multis libertorum & pupillorum, viduarum, & debilium perſonarum quæ pertinẽt ad eccleſiam ꝙtum ad

poſſeſſorium indiffinitè. de fo. compet. ex parte. Et quantum ad defenſionem & tuitionem ne à potentibus opprimãtur. de cenſibus. licet. & in præallega. c. ſi quis de potẽtioribus. xxiiii. q. iii. & cc. ſequenti. & etiam quantum ad petitorium in defectum dominorum temporalium. de fo. compe. ex tenore.

Item in cauſis peregrinorum & mercatorum: agricultorum, & in mari nauigantium, qui pace & ſecuritate gaudere debent: vt de treuga & pace. innouamus. de peregri. c. vnico. & de raptori. excommunicatione. & in prælle. c. ſi quis romipetas. & c. paternarum. xxiiii. queſtio. iii.

Item cùm agitur de feudis eccleſiæ, vſurpant ſibi iuriſditionem contra illud de foro competen. verùm.

Item impediunt ne in curia Romana clerici contra laicos impetrẽt ſicut conſueuerunt hactenus facere indiſtinctè. de iud. c. vltimo. Et etiam quando laicus contra laicũ impetrat cõtra decretalem illam grauem. de ſententia excom. & de arbitr. innotuit. etiam ſi id ſuper quo laicus cõtra clericum impetrat ſit tale, quòd pertineat ad forum eccleſiaſticũ ratione rerum vel perſonarũ. de verbo. ſignifi. nouimus. §. fin. Et hoc frequenter accidit cùm impetrant contra laicos vel eos conueniunt in crimine ſacrilegii, vel vſurarum, vel hæreſis, vel excõmunicationis, vel periurii, vel adulterii, vel fornicationis, vel in cauſa natiuitatis, vel iuriſpatronatus, vel decimarum vel rapinarum, de quibus nullum eſt dubium quin pertineant ad eccleſiaſticum forum. ſicut patet de crimine ſacrilegii vel quaſi. de fo. compe. cum ſit. & ca. conqueſtus. de crimine vſurarum. de vſuris. qm̃. de crimine hæreſis, de hæreti. ad abolendam. & c. excommunicamus. de crimine ſimonię, de ſimonia per totum, de crimine excommunicationis, ſecunda quæſtione prima. mihi. xxiiii. queſtione tertia. corripiantur. de crimine periurii. de iudi. nouit. §. vltimo. de foro competenti. cũ ſi laicus. libro. vi. de crimine adulterii, de officio ordina. capi. i. de procurato. tuæ. de crimine fornicationis, de vita & honeſtate cler. vt clericorũ. de cauſa natiuitatis, qui filii ſunt legiti. cauſa. & capit. lator. de ordine cognitio. tuam. de cauſa iuris patronatus, de iud. quãto. de cauſa decimarũ

Quæ ſint de foro eccleſiæ hic ponũtur.

de

de decimis. tua. & capit. ſequenti. De cauſa rapinæ, de raptori. capit. i.

Item impediunt quãdo eccleſia vult cogere aliquem ad ſatisfaciendum de peccato in quo eſt, licet cognitio pertineat ad eccleſiam. de iudi. nouit. primo reſponſo.

Item impediunt ne adeatur eccleſia in eorum defectũ, vel quando vacat imperium, vel regnum ne cognoſcat eccleſia de feudo: vt de fo. compe. licet. de elect. cũ inter vniuerſas. in fine. non permittentes quòd ſuppleat defectũ eorum. contra de offi. ordina. paſtoralis. §. vlti. nec negligentiam eorum contra illud de fo. compe. ex trãſmiſſa & c. verum. & c. licet. & c. ex tenore. de offi. dele. ſignificantib⁹. & c. prouidentiã. §. penul. & vlti. de offi. o. di. ſignificauit.

Item impediunt ne vidua ſpoliata ad reſtitutioné agens trahat ſpoliatorem corã eccleſia, quanquã perſonæ & cauſę in hoc ſimul cõcurrant cõtra illud. de fo. cõpe. ex parte.

Item impediunt ſi quid ambiguum inter iudices ſeculares oriatur, ne ad eccleſiſticos iudices recurratur, contra illud qui fi. ſunt legi. per venerabilem. §. licet.

Item impediunt ne eccleſiæ & curia officialium epiſcoporum cognoſcant vbi cõſuetudo antiqua hoc habet ipſos indiſtinctè, de perſonalibus & de realibus & criminalibus, licet conſuetudo in talibus det iuriſditionem etiã in delictis domino ſuper familiã ſuam. de offi. ordi. irrefragabili. de fo. compe. cum contingat. in fi. ix. q. iii. conqueſtus. de arbitris. dilecti. C. de emãcipa. l. i. & vlti. nec prodeſt cõſtitutio Bonifaciana. de immu. eccle. quoniam. in qua talia & cõſimilia contenẽtes excõmunicationi ſubiiciũtur ipſo facto, nec aduertunt dicti domini temporales, quòd olim omnes cauſæ tam clericorum quàm laicorũ deferebãtur ad ſacerdotes. vt in prędicto c. per venerabilé. §. tria quippe. ſiue eſſent criminales, ſiue ciuiles, ſiue quęcunq; alię. vt ibidé. & ii. q. vii. ſi quis presbyter. quod c. eſt cõci. Tiburieñ. & xi. q. i. relatum. & c. quicũque. & c. ſacerdotibus. ea cauſa. & q. iii. cum apud. vnde nõ fit eis iniuria nec eorũ tépo rali iuriſdictioni ſi laicus (vbi cõſuetudo hoc dat) reddeat ad ſuum primariũ forũ, ſcilicet eccleſiaſticũ, nec ex hoc ſua vel domini temporalis conditio videtur fieri deterior. arg.

Quando eccleſia cognoſcat de pſonalib⁹ & realib⁹ ac criminalib⁹.

ff.de pactis.l.ſi vnus.§.pactum. verſicul. quòd ſi non vult tollere.ſecundum Goffre.& ex iſto caſu quaſi deperit tota eccleſiaſtica iuriſditio & eius generale & vniuerſale priuilegium quòd in hoc etiam dat iuriſditionem.de foro cõpeten.cum contingat.cui non videtur quòd poſsit renunciari,ſicut in iii.& in iiii.titulo.huius ſecundæ partis ſuperius eſt probatum.

Item impediunt iuriſditionem eccleſiaſticam dicti domini temporales contra effractores pacis & treugarum, dicentes ius regalium eſſe contra illud de treu.& pa. per totum.& xxiiii.quęſtio.ii.ſi quis.& cap.ſequent.de tranſac. cap.fi.in principio.xc.diſtinctio.præcipimus.iiii.q.i.nulli.& in cõſtitutione feudorum, de prohibita feudi alienatione per Fredericum,l.imperialem.

Item impediunt iuriſditionem eccleſiaſticam in his quę ratione cõnexitatis pertinent ad eccleſiam,ſcilicet,in dote vt de donatione inter virum & vxorem. de prudẽtia. & c. nuper.& in pœna poſita in matrimonio.de ſponſa.gẽma.

Item quãdo iudices tẽporales ordinariis recuſatis vt ſuſpectis,nõ patiuntur ꝙ ad epiſcopum ciuitatis & ad eccleſiaſticum forũ habeatur recurſus,licet hoc expreſſe caueatur in autenti.vt diffe.iudi.§.ſi vero iudex.colla.ix.

Item impediũt iuriſditionem eccleſiæ:quia cũ in eos vel in eorũ miniſtros aut officiales vel ſubditos excõmunicationis ſuſpenſionis interdicti ſentẽtiæ proferuntur,grauãt ex hoc proferentes, vel res,aut ſubditos eorũdem quouſque abſolutionis beneficium deferunt ad eoſdem nec ſufficit remedium excommunicationis ſicut ait Greg.de ſenten.excommu.quicunque.

Item impediunt dictam iuriſditionem eccleſiaſticã,perſonas eccleſiaſticas eis diſplicentes pro leuiſsimis criminibus carceribus mancipando:in caſibus etiam in quibus laici deprehenſi in maleficiis eiſdem vel grauioribus nullatenus caperentur.

Et quia dictas perſonas eccleſiaſticas incontinenti & liberè & abſque redemptionibus, exactionibus & eorum infamia reddere nolunt eccleſiaſticis iudicibus eorũdem. Nec contentantur niſi corã eis de clericatu & eius poſſeſ-

ſione cognitio habeatur: nec prodeſt ad contrarium. c.ſi quis ſuadēte.xvii.q.iiii.nec decre.Bonifaciana.ſi iudex.de ſentē.excommu.lib.vi.nec decre.eos.de immunita.eccle. eodem lib.

Itē impediunt iuriſditionē eccleſiaſticā dicti iudices ſecu lares & eam ſibi vſurpant cōpellendo perſonas ipſas eccle- ſiaſticas ad ſoluendum debita ſuper quibus corā eis iudici- bus contra perſonas ipſas eccleſiaſticas earū patentes literę habere exhibētur: nec ſufficit quòd dictus dñs Bonifacius eos mandauerit per cenſuram eccleſiaſticam ab ordinariis compeſcendos.de fo.competen.ſeculares.lib.vi.

Item impediunt & perturbant iuriſditionē eccleſiaſticā: quia cōtra alienationes dotales cum iuramento factas au- diunt mulieres & filias cōtra patres, quibus cū iuramēto fe cerunt pactū de hæreditate dū nuptui tradebantur.& quia exceptionē rei iudicatę corā eccleſiaſtico iudice in caſu ad eum de iure vel de conſuetudine pertinente non recipiūt: nec proficit quòd in dictis tribus caſibus ſicut & in præce- denti dictus dominus Bonifacius eos per ordinarios decre uerit compeſcendos.de fo.cōpe.ſeculares.de pact. quāuis. de iureiur.licet.& de exceptio.cum quidam.lib.vi.

Item impediunt dictā iuriſditionem eccleſiaſticā reſtrin gēdo immunitatē & eccleſiarū eccleſiaſticarū perſonarū & eccleſiaſticorū bonorū variis & diuerſis modis. Etiam paſ- ſim etiāactus iudicum eccleſiaſticorū dicunt eſſe abuſus in qua poteſtate hæc faciāt ꝑut & in qua impōnūt eis mune- ra, tallias, & collectas extraordinarias ī caſib⁹ ꝓhibitis à iu re in autē.de eccl.tit.§.ad hęc ſanximus.vt nulli iud.§. nul li vero liceat. col.ix.& expreſſius. in l.Frederici q̄ incipit hac edictali.§.illicitas.cuius verba ſunt, hęc, dicant illicitas etiam exactiōes maximè ab eccleſiis quarū abuſus iam per longa tempora inoleuit per ciuitates & caſtella omnimo- do condemnamus & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in du plum reddantur.

Item alius Fredericus in alia lege, quæ incipit ad dec⁹ & decorem, dicit in §.item nulla communitas vel perſona pu blica vel priuata collectas ſiue exactiones angarias peran- garias eccleſiis piiſq; locis aut eccleſiaſticis perſonis impo-

nant aut inuadere eccleſiaſtica bona pſumant. Quod ſi cõtrariũ fecerint & reqſiti ab eccleſia vel imperio emẽdare cõtempſerint triplũ refundant. Et nihilominus banno imperiali ſubiaceant quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittãtur. Quod etiã nihil ſit exigendũ extraordinarium ſeu ſuperindictum, nec ſportulas cogi debẽt ſoluere alias tales dominii duplum reddere & cingulo nudari iubent. in autenttic. de ſanctiſsimis epiſcopo. §. ſportularum .colla. ix.

Verum ſi dicatur iura antiqua hoc ſuadere, reſpõderi poteſt quòd talia iura, corrigãtur per iura canonica de immuni. eccle. quia nonnulli. & ca. clericis. lib. vi. & per conciliũ Lateraneñ. & c. non minus. vbi dicitur ꝙ in diuerſis mũdi partibus conſules ciuitatum & rectores necnon & alii qui poteſtatem habere videntur, tot onera frequẽter imponũt eccleſiis vt deterioris cõditionis factũ ſub eis ſacerdotium videatur quàm ſub Pharaone fuerit, qui legis diuinę notitiam nõ habebat, Ille quidem (omnibꝰ aliis ſeruituti ſubactis) ſacerdotes & poſſeſsiões eorũ in priſtina libertate donauit & de publico eis alimoniã adminiſtrauit. Iſti verò onera ſua ferè vniuerſa imponunt eccleſiis & tot angariis eas affligunt vt eis quod Hieremias deplorat cõpetere videatur princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo: ſiue quidẽ foſſa, ſeu expeditiones, ſeu alia quęlibet ſibi arbitrentur agẽda de bonis eccleſiarum & clericorũ & pauperum Chriſti vſibus deputatis volunt ferè cuncta cõpleri. Iuriſditionem etiam & authoritatem prælatorum ita euacuãt, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe. Quo circa ſub anathematis diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus: niſi epiſcopus & clericus tantã neceſsitatẽ vel vtilitatem aſpexerint, vt abſq; vlla exactione ad releuandas cõmunes vtilitates vel neceſsitates vbi laicorũ non ſuppetunt facultates ſubſidia p eccleſias exiſtimẽt conferenda. Si autẽ conſules aut alii de cætero iſta cõmiſerint, & cõmoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi q̃ fautores eorum excõmunicationi ſe nouerint ſubiacere: nec cõmunioni reddãtur, donec ſatisfactionem fecerint cõpetentẽ. Et xxiii. q. vlti. conuenior. & §. quãuis. cum ſequẽtibus cc. de ſacroſan. eccl. ad

Deterioris conditionis eſt ſacerdotiũ quàm tpe Pharaõis.

inſtructiones.& l.placet.quæ canonizata eſt.xvi.q.i.§.pla cet.xi.q.i.ſi tributum.xvi.q.i.§.nouarũ.& ca.generaliter. xi.quæſtio.i.ſacerdotibus.& in xxii.ca.tertii concili Toleta.quod ponitur. xii.quæſtio.ii. eccleſiarum ſeruos cum multis ſimilibus. Cùm enim iſta recipiant eccleſiaſticam libertatem & alia contraria in ſeruitutem redigant vt de priuilegiis cũ olim.§.i.& c.ex ore.§.fin. Nec facit in contrarium.C.de præſcriptio.quæ pro libertate & non aduerſus libertatem ſunt. l. fi.Prætores enim fauent libertatibus.ff. de aliena.iudi.mu.cauſa fac.l.iii.§.i. vnde & fauores ampliantur & odia reſtringuntur.ff.de liber.& poſthu.l.cum quidam.& de iure naturali mero,omnis res libera naſcitur & de facili redit ad illud q̃d ius & natura ſibi ab initio conceſsit.ff.de pactis.ſi vnus.§.pactus.verſi.ꝙ ſi non vt totum contractũ tolleret.& extra de cenſi.cũ venerabilis.ex quibus omnibꝰ habetur ꝙ in bonis eccleſiarũ,& monaſteriorum & quarũcunque eccleſiaſticarũ perſonarum, etiã frequenter in caſibus in quibus non apponerent in bonis ſæcularium perſonarũ, manum apponunt, & eã tandiu ſeuientes tenẽt in bonis prædictis quouſq; dictæ perſonæ eccleſiaſticæ ſe redimãt erga eos,vel eorum voluntatẽ adimplent,vel quouſque viſum fuerit dictis dñis temporalibus quod ſatis perſonas eccleſiaſticas afflixerint ſupradictas. *Prætores fauent libertatibꝰ.*

Item propter delicta perſonarum eccleſiaſticarum & etiam ſecularium perſonarum in ſeruitio vel officio perſonarum eccleſiaſticarum exiſtentium capiunt & explectãt, eccleſiaſtica bona tenẽtes de facto, quod delictum talium debet in damnum eccleſiæ redundare, cõtra Greg.xvi.q. vi. Si epiſcopum.dicẽtes quòd in facultatibus licitè punire poſſunt perſonas ſupradictas.

Item cùm contra eccleſiam non currat nec iuuet dictos laicos niſi xl. præſcriptio.xvi.q.iii.§. cæterũ. cum legibus canonizatis ſubſequentibus,contra dictam eccleſiam,ſicut contra priuatam perſonam præſcriptione decennali & tricennali vtũtur: & quod deterius eſt,cum per annum & diẽ aliquam rem eccleſiaſticam detinuerint vel iuriſditione aliqua in temporalibus eccleſiarum vſi fuerint, nolunt audire perſonas eccleſiaſticas ex tũc ſuper poſſeſſorio niſi de *Quo ad p̃ſcriptiões contra eccleſiam.*

proprietate etiam experiantur.

Quo ad decimas p laicos obtinendas. Item priuatus qui primitias poſsidet nulla tẽporis præſcriptione iuuetur, cùm illa quæ ab initio temporis de iure non ſortiuntur effectum, tractu temporis non conualeſcunt. xvi. quæſtione iii. §. quòd ſi priuat⁹. & extra de præſcrip. cauſam quæ. contra prædicta volunt domini temporales & nobiles dictas decimas & primitias poſsidere tanquam propriam hæreditatem. contra illud Gregor. xvi. quæſtio. vii. decimas. extra de decimis. quoniam. i. quęſtio. iii. peruenit.

Quo ad beneficiorum collationes. Item aliqui ex regibus & dominis temporalibus authoritate volunt conferre beneficia eccleſiaſtica, quanquam in eos ius collationis cadere non poſsit, quaſi diuiſionem facientes inter temporalitatem conſecutiuam ex iure ſpirituali, & ipſa iura ſpiritualia, contra illud. i. quæſtio. iii. Si quis obiecerit. xcvi. diſtinctione. bene quidem. lxiii. diſtinctione. capit. i. cum multis ſequentibus. de re. eccle. non alienan. cum laicis. de conſtitutio. eccleſia. & capitu. quæ in eccleſiarum. i. quæſtione. vii. quicunque. & capitulo, cauendum. viii. quæſtione. i. apoſtolica. x. quæſtione. i. cap. i. cum ſequentibus. de iure patrona. præterea. & ca. cum laici. & cap. ſequenti.

Seculares i cauſis eccleſiaſticis ſuas faciunt obſeruare leges Item cùm conſtitutiones & ſtatuta regum principum & dominorum temporalium onerosa eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis non debeant obſeruari: vt x. diſtincti. quaſi per totum. & in dicto capit. quæ in eccleſiarum. dicti reges & principes ac domini temporalrs conſtitutiones, ſtatuta & conſuetudines eorundem in cauſidicando & in aliis ſeruare faciunt in cauſis eccleſiaſticis quæ agitantur coram eis, & ſtatuta ſua, & cõſuetudines ſeruari faciunt, quęcunque iura ſcripta diuina & humana, contra illa quæ habentur. viii. ix. x. & xi. diſtinctione. & xxv. quæſtione prima generali.

Item vacantibus eccleſiis cathedralibus, & aliis, quodammodo ſe ingerunt, & potentia precibus & violentiis volunt habere perſonas gratas eiſdem contra iura cõmunia. lxiii. diſtinct. c. i. ii. & ſequentibus. xvi. quæſtio. vii. ſi quis deinceps.

Item ab epiſcopis tēporalia obtinentibus non permittunt ad archiepiſcopos appellari ſecundum conciliū Lugdun̄.de appella.Romana.§.debet.non attendentes quòd antequam regna peruenerint ad eos: & ante Chriſti aduentum erāt vrbes & loca,in quibus primates Gentilium habitabant, ad quos poterat ab aliis appellari: in quibus quidem vrbibus & locis poſt aduentum Chriſti, apoſtoli & eorum ſucceſſores patriarchas & primates poſuerunt, ad quos ab epiſcopis poterat appellari,ſicut habetur lxxx. diſt.c.i.cum ſequentibus. & xcix.diſt.c.i. *Quo ad appellationes.*

Item in aliquibus partibus dicti domini temporales faciunt incaſtellari & mulctari eccleſias, & ex hoc in ſeruitutem redigunt eas, & ſibi tanquam caſtra dicūt eſſe ſubiectas,contra illud Calixti Papæ,x.q.i.ſanctorum. *Quo ad mulctas.*

Itē epiſcopos & archiepiſcopos multis regibus & principibus pro ciuilibus & criminalibus cauſis eos vel eorum familiares aut officiales tangentibus, ita vocant & retrahunt coram ſe in cauſa ſicut & alias perſonas,non ſeruantes ſtatutum Papæ Bonifacii ad epiſcopos Galliæ.xi. q.i. nullus epiſcopus. neq; pro ciuili,neq; pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem,ſiue criminalem producatur vel exhibeatur: & quòd magiſtratus qui hoc iubere auſus fuerit,amiſsione rerum & cinguli condemnatione plectatur. *Quo ad uocationē in ius.*

Item in multis partibus dicti epiſcopi & aliæ perſonæ à principibus & aliis dn̄is tēporalibus à teſtimonio reuocātur,cōtra l.illā C.de epiſ.& cle.canonizatā.xi.q.i.teſtimoniū.cū ſeq.vbi dicit̄ ꝙ teſtimoniū clerici aduerſus laicū recipi nō debet,ſ.in foro ſeculari & criminali. Et ꝙ epiſcopi nec honorū, id eſt iure prætorio, nec legibus ad teſtimonium flagitatur,de teſtibus.de cætero.

Item in multis partibus dicti principes & domini temporales,res epiſcoporum & cæterarum perſonarum eccleſiaſticarum morientium vſurpant & impediunt,ne per epiſcopos vel capitula vel per alios ad quos pertinēt,diſtribuant:ſecundum ordinationem defuncti:vel reſeruentur ſucceſſori. nec prodeſt quod Vrbanus in concilio Aluernię habito in tales anathema protulerit. & quod in Calce- *Quo ad bona prælatorū defūctorum.*

doneń.concilio & ab Innocen.ſecundo excommunicatio nis ſentẽtia in tales lata fuerit. xii.q.ii.de laicis.& c.epiſco porũ.& c.illud.& ꝙ Greg.idẽ fecerit in cõcil Lugduneń. de elec.generali.& de re .eccl. non alie.hoc cõſultiſsimo.

Quo ad manſiones ĩ monaſteriis monialium.

Item in aliquibus partibus reges & principes & domini tẽporales infra ciuitates,caſtra,villas & territoria eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis ſubiecta acquirũt aliquas poſſeſsiones vel res in quibus vel inter quas explectant aliqua propter quæ epiſcopi & eccleſiæ perdunt iuriſditionẽ eorum,quòd eſt iuri contrarium.xvi. quæſtione v.poſſeſſio. cum cc.pręcedentibus &ſubſequentibus & ea.cau. & quæſtio.iii.ſicut.

Item dicti principes reges & domini tẽporales frequenter non ſolùm in monaſteris monachorum, & in domib⁹ epiſcoporum verumetiam,quod eſt deteſtabilius,in monaſteriis monialiũ ſibi eligunt manſiones contra illud Grego.xviii.q.ii.peruenit,& contra ſeptimam ſynodum.xix. q.iii. quoniam.& c.quæ ſemel.

Quo ad iura fidelitatis.

Item cùm dicti reges & principes & domini temporales neminem debeant concutere,ſed eſſe contenti ſtipendiis ſuis,ſicut beatus Ioannes baptiſta conſuluit eis, Lucæ iii. & Actuum ii. xxiii.q.i.militare. & contra hoc per potentiam terrores & minas frequenter multa à perſonis eccleſiaſticis extorqueant,& aliquãdo iuramentum fidelitatis à dictis perſonis eccleſiaſticis quæ nihil ab eis tenent, exigant contra concilium generale.de iureiurando.nimis. videretur ſuper hoc prouidendum.

Quo ad clericos criminoſos

Item excedũt dicti principes, reges & domini temporales & miniſtri eorum contra eccleſiaſticam libertatem: quia cùm aliquæ perſonæ quæ reddendę eſſent foro eccleſiaſtico,capiuntur per eos,faciunt eas coram ſe omnia cõfiteri,& poſtmodum tanquã confeſſas & conuictas de criminibus,eas reddunt foro eccleſiaſtico:dicentes quod cõfeſsionẽ coram ſe factã reuocare non poſſunt,& quòd niſi ſecundum dictã confeſsionem iudicentur per eccleſiã & pro criminoſis habeãtur per ipſos ſic ſi rehaberi potuerint punientur.moti quodãmodo ex quadam gloſſula Innoc. poſita de electio.per inquiſitionem.& de iudi. at ſi clerici.

Item multi ex dictis regibus & principibus imitantur errorem imperatoris Conſtantinopolitani: quia archiepiſcopis & epiſcopis regni eorũ & aliorũ regnorum ad eos venientibus (ſicut deberent) reuerenter nõ aſſurgunt, nec eis iuxta eos venerabilem ſedem aſsignant, imo quod eſt deterius, vix interdũ ingreſſum poſſunt habere ad eos & ad cãcellarios & cõciliarios eorundẽ: & cũ difficultate audictia præſtatur eiſdem: & dictis regibus & principibus in ſolio eorum vel lectis ſedentibus, prædicti archiepiſcopi, epiſcopi, abbates & alii pręlati cum laicis & cõmunibus ꝑſonis in terra vel communibus ſedibus ſedere coguntur contra honorem & reuerentiam totius cleri & eccleſiaſticæ dignitatis: & contra iura, de maiorita. & obed. ſolitæ. lxiii. diſtinctio. Valẽtinianus. xcvi. diſtinct. duo. xi. quæſt. i. ſacerdotibus.

Quo ad ꝑlatorũ ſedẽ in domi b⁹ principum.

Titulus lxxi.

De fidelitate regibus & principibus obſeruãdã: & de puniendis his perſonis eccleſiaſticis quæ contra eos aliquid machinantur.

SCribit Auguſt. xxii. q. v. quis laicus. quod c. aliqui habent pro palea & aliqui pro. §. c. de forma. quòd ſi qs laicus iuramentum violando prophanat, quòd regi & domino ſuo iurat: & poſtea peruerſè eius regnũ & doloſè tractauerit, & in mortem ipſius aliquo machinamẽto inſidiatur: quia ſacrilegium peragit, in Chriſtũ Dei manũ mittẽs, anathema ſit, niſi per dignæ pœnitentiæ ſatiſfactionẽ emẽdauerit: ſicut enim cõſtitutũ eſt à ſancta ſynodo ſeculũ relinquat, arma deponat, in monaſteriũ eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ, verumetiam communionem in exitu vitæ ſuæ cũ euchariſtia accipiat. Epiſcopus autẽ presbyter & diaconus ſi hoc crimẽ cõmiſerint, degradentur. Itẽ Hierony. xxiii. q. v. ſi apud: dicit ꝙ ſi apud carnales dominos in minimis fideles fuerint, incipiẽt eis apud deũ præmia maiora committi, ornat autem doctrinam domini qui ea quæ cõditionis ſuæ ſunt apta facit & ex diuerſo cõfun-

Prælat⁹ ſidelitatis iuramẽtũ principi factũ uiolãs punitur.

dit eã qui non eſt ſubiectus in omnibus,& cui cõditio ſua diſplicet qui conditor atque fraudator in nullo fidẽ bonã oſtẽdit. Quomodo eñ poteſt eſſe fidelis in ſubſtãtia Dei q̃ carnali fidẽ dño exhibere nõ potuit? quaſi dicat, nullo modo: quia nõ poteſt hominibus eſſe fidelis, qui erga deũ extiterit infidelis, ſicut habetur in iiii. concii. Tolet. c. lxiii. poſito. ii. q. vii. nõ poteſt. Itẽ ſuper prędictis prouiſum fuit in vlti. c.. dicti iiii. concilii Tolet. in hunc modum.

Fidelis qui nõ poßit di ci deo.

Poſt inſtituta quædã eccleſiaſtici ordinis vel decreta q̃ ad quorũdam pertinent diſciplinã, Poſtrema nobis cũctis ſacerdotib⁹ ſentẽtia eſt pro robore noſtrorũ regũ & ſtabilitate gẽtis Gothorũ põtificale vltimũ ſub deo iudice ferre decretũ. Multarũ quippe gẽtiũ (vt fama eſt) tãta exiſtat pfidia animorũ, vt fidẽ ſacramẽto ꝓmiſſam regib⁹ ſuis obſeruare cõtemnãt, & ore ſimulẽt iuramẽti profeſsionẽ, dũ retineãt mẽte pfidiæ impietatẽ. Iurãt enim regibus ſuis, & fidẽ quã pollicẽt ꝑuaricãt, nec metuũt volumẽ iſtud iudicii, ꝑ quod indicit maledictio multáq; pœnarũ cõminatio, ſuꝑ eos q̃ iurãt in nomine dei mẽdaciter. Quæ ergo ſpes talib⁹ populis cõtra hoſtes laborãtibus erit? Quę fides vltra cũ aliis gentibus in pace credẽda poſt fœdus nõ violãdũ? Quæ in hoſtibus iura ſtabili permanebũt ſpõſione, quãdo nec ipſis regibus propriis iuratã fidẽ cõſeruant? Quis enim adeò furioſus eſt, qui caput ſuũ manu ſua propria deſecet? Illi vt notũ eſt immemores ſalutis ſuæ ꝓpria manu ſeipſos interimunt: in ſemetipſoſq; ſuoſq; reges, proprias cõuertendo vires. Et cũ dominus dicat. Nolitæ tãgere Chriſtos meos. & Dauid, quis, inquit, extẽdit manũ ſuã in Chriſtũ domini, & innocens erit? illis nec vitate metus eſt periuriũ, nec regib⁹ inferre exitiũ, hoſtib⁹ quippe fides pacti datur, nec violat. Quod ſi bello fides vigeat, q̃ tomagis in ſuis ſeruãda eſt? Sacrilegiũ quippe eſt ſi violetur à gẽtib⁹ regũ ſuorũ ꝓmiſſa fides: qa nõ ſolũ in eis fit pacti trãſgreſsio, ſed & in deũ in cuius nomine pollicet ipſa promiſsio: inde eſt ꝙ multa regna terrarũ cęleſtis iracundia ita permutauit vt ꝓ impietate fidei & morũ alterũ ab altero ſoluerent. vnde & nos cauere oportet cauſam huiuſmodi gẽtium, ne ſimiliter plaga feriamur ꝑcipiti & plaga puniamur crudeli. Si enim

Pro argu. à multo magis ponuntur hic exempla ſcitu digna.

de⁹angelis in ſe prçuaricātib⁹nō pepercit,ꝗ ꝑ inobediētiā
cęleſte habitaculū perdiderunt. vnde per Eſaiā dicit. Ine-
briatus eſt gladius meus in cœlo, quāto magis nos noſtræ
ſalutis interitū timere debemus,ne per infidelitatē eodē ſæ
uiēte gladio pereamus? Quod ſi diuinā iracūdiā vitare vo
lumus,& ſæueritatē eius ad clemētiā prouocare cupimus,
ſeruem⁹ erga Deū religionis cultū, atq; timore cuſtodia-
mus erga principes noſtros pollicitā fidē atq; ſpōſionē.nō
ſit in nobis ſicut in quibudā gētib⁹ infidelitatis ſubtillitas,
impia nō ſubdolæ mētis perfidia,nō periurii nephas,& cō
iurationū nephāda molimina. Null⁹ apud nos ꝓſumptio-
ne regnū accipiat,null⁹ excitet mutuas ſeditionis ciuiū,ne
mo meditetur interitū regū. Sed defuncto in pace princi-
pe, primates gētis cū ſacerdotib⁹ ſucceſſorē regni cōſilio
cōmuni cōſtituāt:vt dū vnitatis cōcordia à nobis retineť,
nullū patriæ gētiſq; diſcidiū per vim ambitionis moueať.
Quòd ſi hæc admonitio mētes noſtras nō corrigit,&ad ſa
lutē cōmunē cor noſtrum nequaq̄ perducit, audi ſentētiā *Audi ſententiam hic deſcriptā.*
noſtrā. Quicūq; igitur ex nobis vel toti⁹ Hiſpaniæ popu-
lis, qualibet cōiuratione vel ſtudio, ſacramētum fidei ſuæ
quod pro patriæ gentiſq; Gothorū ſtatu vel cōſeruatione
regię ſalutis policitus eſt temerauerit,aut regē nece attre-
ctauerit,aut poteſtate regni exuerit,aut prçſumptione ty-
rannica regni faſtigium vſurpauerit,anathema ſit in con-
ſpectu Dei patris & angelorum,atque ab eccleſia catho-
lica: quam periurio prophanauerit efficiatur extraneus,
& ab omni cœtu Chriſtianorum alienus, cū omnibus im-
pietatis ſuæ ſociis:quia oportet vt vna pœna teneat obno-
xios quos ſimilis error inuenerit implicatos, quod iterum
ſecundò replicamus dicētes.Quicunque amodo ex nobis
vel cunctis Hiſpaniæ populis quolibet tractatu vel ſtudio
ſacramentum fidei ſuę quod pro partriæ gētiſq; Gothorū
ſtatu vel cōſeruatione regiæ ſalutis pollicitus eſt,violaue-
rit,aut regē nece attrectauerit,aut ꝑtāte regni exuerit,au *Secunda ſentētia.*
præſumptione tirānica regni faſtigiū vſurpauerit,Anathe
ma in cōſpectu Chriſti & apoſtolorū ei⁹ſit,atq; ab eccleſia
caholica quā piurio ꝓphanauerit, efficiať extranc⁹,& ab
oī cōſortioChriſtianorū alienus,& dānat⁹in futuro Dei iu

dicio habeatur cũ participibus ſuis:qa dignũ eſt,vt qui ta libus ſociantur, ipſi etiam dãnationis eorum participatione obnoxii teneãtur. Hoc etiam tertiò acclamamus,dicẽtes: Quicunque amodo ex nobis,vel cunctis Hiſpaniæ populis, qualibet meditatione vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ,quod pro patriæ ſalutis,gentiſq; Gothorum ſtatu vel incolumitate regiæ poteſtatis pollicitus eſt,violauerit,aut regem nece attrectauerit, aut poteſtate regni exuerit, aut pręſumptione tirannica regni faſtigium vſurpauerit,anathema ſit in conſpectu ſpirituſſancti & martyrum Chriſti, atque ab eccleſia catholica,quam periurio prophanauerit,efficiatur extraneus:& ab omni Chriſtianorum cõmunione alienus,nec partẽ habeat iuſtorũ. Sed cum diabolo & angelis eius æternis ſuppliciis condemnetur vnà cum eis qui eãdem coniurationem nituntur, vt par pœna perditionis conſtringat quos in perniciem praua ſocietas copulat. Et ideo ſi placet omnibus qui adeſtis, hoc tertiò reiterata ſententia veſtræ vocis conſenſu firmatę, ab vniuerſo clero vel populo dictum eſt,qui hanc noſtram diffinitionẽ pręſumpſerint,anathema maranatha,hoc eſt perditio in aduẽtum Domini ſint:& cũ Iuda Scarioth partẽ habeant ipſi & ſocii eorum,amen. Quapropter noſipſi & ſacerdotes omnes ſanctam eccleſiam Chriſti,ac populum admonemus, vt hæc tremenda & toties reiterata ſentẽtia nullum ex nobis,præſenti atque æterno condemnet iudiciõ, ſed fidem promiſſam erga glorioſiſsimum dominum noſtrum Siſenãdum regem cuſtodiẽtes, ac ſincera illi deuotione famulantes, nõ ſolùm diuinę pietatis in nobis clementiam prouocemus,ſed etiam gratiam antefati principis percipere mereamur. Te quoque præſentem regem ac futuros ætatum ſequentium principes, humilitate debita depoſcimus, vt moderati & mites erga ſubiectos exiſtentes, cũ iuſtitia & pietate populos à Deo vobis creditos regatis, bonámque viciſsitudinem, qui vos nobis conſtituit, largitori Chriſto rependatis, regnãtes in humilitate cordis cum ſtudio bonæ actionis: nec quiſquam veſtrum ſolus in cauſa captiuum aut reum ſententiam feriat. Sed conſenſu publico cum rectorib⁹ ex iudicio manifeſto de-

Tertia ſententia.

Anathema mara natha dicitur.

linquētium culpa pateſcat, ſeruata à vobis in offenſis manſuetudine, vt non ſeueritate magis in illis quàm indulgētia polleatis, vt dum omnia hæc authore Deo pio à vobis moderamine conſeruentur, & reges in populis, & populi in regibus, & Deus in vtriſque lętetur. Sanè de futuris regibus hanc ſententiam promulgamus, vt ſi quis ex eis cōtra reuerētiam legum, ſuperba dominatione & faſtigio in flagitiis & facinore ſiue cupiditate crudeliſsima poteſtatē in populis exercuerit, anathematis ſentētia à Chriſto domino condemnetur, & habeat à Deo ſeparationem atque iudicium, propter quòd præſumpſerit praua agere, & in perniciem regnum deducere. De Simithilane verò, qui propria ſcelera metuens, ſeipſum regno priuauit, & poteſtatis faſcibus exuit. id cū gentis conſultu decreuimus, vt neque eum vel vxorem eius, propter mala quæ commiſerunt, neq; filios eorum vnitati noſtrę vnquā conſociem⁹: nec eos ad honores, à quibus ob iniquitatem deiecti ſunt, aliquando promoueamus. Quíque etiam ſicut in faſtigio regni habētur extranei, ita poſſeſsione rerum quas de miſerorum ſumptibus auxerant, maneant alieni: præter id quod pietate piiſsimi principis noſtri fuerint conſecuti. nō aliter & geillanē memorati Simithilane & ſanguine & ſcelere fratrē qui nec in germanitatis fide ſtabilis extitit, nec fidem glorioſiſsimo domino noſtro pollicitam conſeruauit. Hunc igitur cum coniuge ſua, ſicut & antè factum eſt, à ſocietate gentis atque conſortio noſtro placuit ſeparari, nec in amiſsis facultatibus in quibus per iniquitatem creuerant reduces fieri, præter id quod conſecuti fuerint pietatem clemētiſsimi principis cuius gratia bonos donorum præmiis ditat, & malos à beneuolentia ſua non ſeparat. Gloria autem & honor omnipotēti Deo noſtro in cuius nomine cōgregati ſumus. Poſt hæc pax & ſalus & diuturnitas piiſsimo & amatori noſtro Siſenando regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum ſalutiferum cō uocauit: corroboret ergo Chriſti gratia regnum illius, gentéſque Gothorum in fide catholica annis & meritis, protegat illum vſque ad vltimam ſenectutem ſummi Dei gratia: & poſt præſentis regni gloriam, ad æternam regnum tranſeat: vt Sētētia cō tra Reges.

ſine fine regnet qui in ſeculo fœliciter imperat, ipſo præſtante qui eſt Rex regum & Dominus dominorum, cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Definitis itaque his quæ ſuperius comprehẽſa ſunt, annuente religioſiſsimo principe, placuit deinde nulla re impediẽte, à quolibet noſtrorum ea quæ cõſtituta ſunt temerari. Sed cuncta ſalubri concilio conſeruari. Et quia profectibus eccleſiæ & animæ noſtræ conueniunt, etiam propria ſubſcriptione (vt permaneant) roboramus. Ego Yſodorus in Chriſti nomine, eccleſiæ Hiſpaleñ. metropolitanus epiſcopus hæc conſtituens, ſubſcripſi. Similiter & alii epiſcopi ſubſcripſerunt. numero xl.

Soliciti de cuſtodia Regis eſſe debemus.

Item in v. concilio Toleta. cap. ii. iii. iiii. v. vi. vii. viii. & ix. ac vlti. continetur, qualiter eccleſia & omnes Chriſtiani debent eſſe ſoliciti de cuſtodia ſalutis regum, & de illis qui rege ſuperſtite cùm blandiuntur de ſpe regni habẽda, & de illis qui principibus maledicere præſumunt. & vt fideles ſubditi regum non fraudentur iure rerum ſuarum, ex cupiditate à ſucceſſoribus eorum & facinora principũ obſeruando ad obſeruantiam conciliorum de quibus ſcribitur in dicto cap. ii. & ſequentibus, in hunc modum. Sũma autem nobis vigilantia & grandi religionis cura prouidendum eſt, vt mala quæ aſsiduè perhibita perpetrantur, circunſpecta diſciplina eccleſiaſtica extirpẽtur. Non enim incaſſum ſcriptum eſt, peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Quamobrem quoniam pręponderante onere delictorum experientia pene ſemper ac ſæpe fieri diſcimus, quod magnopere vitare debemus: quod etiam cuſtoditur cum hoc quod diuinis ſacramentis ſpopondimus temeritate non violamus. Ideoque frequenter eſt compeſcendum quod crebrò inuenitur tranſgreſſum. Sed ne ſuccedentes præcedant, ac deinde ſequentes inuideant altioribus, & cuncta quieta & pacata permaneant: hæc in concilio communiter conſiderata defertur ſententia, vt ſeruetis quæcunque in vniuerſali & magna ſynodo prouiſa cõſcriptáq; circa principum ſalutem & vtilitatem ſunt. Hæc quoq; adiecta cuſtodiãtur, videlicet vt omni benignitate, omniq; firmitate circa omnẽ poteſtatem principis noſtri

Peſtilente flagellato ſtult⁹ ſapientior erit

Crebrò trãſgreſſũ freqũẽter eſt cõpeſcẽdum.

Chintillani regis teneatur dilectio, & prębeat̃ rationabile defenſionis adminiculũ. nec res iuſtæ prouiſæ, aut etiã parẽtum digna prouiſiõe procuratæ, ad iuris proprietatẽ ꝑtinẽtes iniuſtè fraudulẽtérve à quoq̃ tã illicitè exquiſita ledẽdi eos prębeat̃: nec quocũq; modo quibuſlibet reb⁹ ſpreta dilectiõe moleſtẽtur: hęc enim licẽtia efficit & principes in ſubiectis ſuſpectos, & ſubiectos in bonis principũ cupidos. Quocirca ne & ꝓmiſſa cõtẽnatur, & vt cupiditas radix omniũ malorũ auferatur, cõteſtamur omnes præſentes & abſentes, vel etiã futuris tẽporibus conſequẽtes corã Deo & angelis eius, ꝙ ſi quiſquam noſtræ cõteſtationis temerator extiterit, atque contemptor, & quacunque argumẽtatione odioſè eos moleſtare, aut in aliquo fuerit conatus lædere, ſit anathema in Chriſtianorum omnium cœtu, atque ſuperno cõdemnetur iudicio, ſit explorabilis omnib⁹ catholicis, & abominabilis ſanctis ãgelis in miniſterio Dei cõſtitutis, ſit hoc ſeculo perditus, & in futuro condẽnatus, qui tã rectę prouiſioni noluit prębere cõſenſum.

Pœna deſcriptio.

Inexpertis nouis morbis, nouam decet inuenire medelã. Quapropter qm̃ ſunt inconſideratæ quorũdã mẽtes, & ſe minimè capiẽtes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, qui paſſim putãt licentérq; ad regalia maieſtatis peruenire faſtigia, huius rei cauſa noſtra omniũ cum inuocatione diuina præbetur ſentẽtia, vt ſi quis talia meditatus fuerit, quẽ nec electio omniũ pręfecit, nec Gothicę gẽtis nobilitas, ad hũc apicẽ trahit, ſit cõſortio catholicorũ priuatus, & diuino anathemate condẽnatus. Ergo quia & religioni inimicũ, & hominib⁹ cõſtat eſſe pernitioſum futura illicitè cogitare, & caſus principũ exquirere, ac ſibi in poſterũ prouidere, cũ ſcriptũ ſit, Nõ eſt veſtrũ noſſe tẽpora vel momẽta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, hoc decreto cẽſem⁹, vt quiſquis inuẽtus fuerit talia ꝑquiſiſſe, & viuẽte prĩcipe in aliũ attẽdiſſe pro futura regni ſpe, aut alios in ſe ꝓpter id attraxiſſe, à cõuẽtu catholicorũ. cũ excõm. ſentẽtia expellat̃ Sed & hoc pro peſtilentioſis hominũ moribus ſalubri deliberatione cenſemus, ne quis in principẽ maledicta congerat. Scriptum eſt enim à legiſlatore, Principẽ populi tui ne maledixeris. Quod ſi quis fecerit, excommunicatione

Nouis morbis noua medela datur.

eccleſiaſtica plectatur. Nam ſi maledicti regnum Dei nō poſsidebunt, quātò magis talis ab eccleſia neceſſariò pellitur, qui diuinæ violator ſententiæ inuenitur?

Simili prouidentia pro fidelibus regū noſtra datur ſententia, vt quiſquis ſuperſtes principum extiterit iuſtè in rebus profligatis, aut largitate principis acquiſitis, nullā debeat habere iacturā. Nam ſi licenter & iniuſtè perturbentur fidelium mentes, nemo optabit propriū ac fidele præbere obſequium, dum cuncta mutant in incertum, & in futuro diſcriminis formidāt cauſam. Sed ſaluti eorum & rebus principalis pietas debet præbere ſuffragia. Exemplis enim cæteri prouocantur ad fidem, cùm fideles non fraudantur mercede. Propter malarum mentium facilitatē & memoriæ obliuionis hoc ſacratiſsima ſtatuit ſynodus, vt in omni concilio epiſcoporum Hiſpaniæ vniuerſalis concilii decretum, quod propter principum noſtrorū ſalutem eſt conſtitutum, peractis omnibus in ſynodo publica debeat voce pronuntiari: quatenus ſæpe replicatum auribus vel aſsiduitate iniquorū mens territa corrigatur, quæ ad præuaricandum & obliuione & facilitate perducitur. In his omnibus quæ præmiſimus poteſtatem indulgentiæ in culpis delinquentium princip: reſeruamus, vt iuxta bonitatis ſuæ moderamen vbi emendationem proſpexerit mētium veniam tribuat culparum.

Prouocamur ad fidem, cū fides merce de nō fraudatur.

Sæpe replicatū operatur.

His verò omnibus finem & robur ſubſcriptione noſtra facientes, gloriam & laudem omnipotēti domino Deo in quantū mortalium valitudo ſinit, reddimus. Poſt hęc gratias excellētiſsimo & glorioſiſsimo principi noſtro Chintillano regi peragimus, cui⁹ ardor fidei ſtudium bonæ intentionis & vnanimitatis concordiam nobis tribuit & fiduciā charitatis, donec ei dominus de inimicis triūphum, & de beatitudine gaudium, cuſtodiat eū protectione aſsidua, & muniat bonæ voluntatis ſuæ circunſpectione tutiſsima, cuius regnum manet in ſecula ſeculorum.

Optatum notatu dignum.

Ego Eugenius Tolet. eccleſiæ prouincialis Carthaginen̄. metropolitanus epiſcopus, his omnibus decretis annuens ſubſcripſi, ſimiliter & alii epiſcopi ſubſcripſerunt, numero viginti.

In iij. cap. vi. concilij. Toletani legitur.

INflexibilis Iudæorum perfidia deflexa tandem videtur pietate & potentia ſuperna. Hinc enim liquet, ꝙ inſpiramine ſummi Dei excellẽtiſsimus & Chriſtianiſsimus princeps Francorũ Rex Ludouicus, ardore fidei inflãmatus, cũ regni ſui ſacerdotibus præuaricatores & ſupſtitiones eorũ eradicare elegit funditus, nec ſinit degere in regno ſuo eũ qui nõ eſt catholicus, ob cuius feruorẽ fidei gratias omnipotenti dño cælorũ agimus, eo quod ei tã illuſtrem creauerit animã, & ſua repleuerit ſapiẽtia, ipſe quoq; donet ei & in præſenti ſeculo longæuã vitã, & in futuro gloriã æternã. Illud autẽ prouida nobis cura & valde eſt decernendũ vigilãti ſolertia, ne ei⁹ fidei calor & noſter labor quãdoq; in poſteris tepefactus liqueſcat. Quo circa cõſonam cũ eo corde & ore ꝓmulgamus Deo placiturã ſententiã, ſimul etiã cum ſuorum optimatũ illuſtriũq́ue virorũ conſenſu & deliberatione ſanximus, vt quiſquis ſuccedẽtiũ tẽporũ regni ſortitus fuerit apicẽ, nõ antè conſcẽdat regũ ſedem, q̃ inter reliqua cõditionũ ſacramẽta pollicitus fuerit, hãc ſe catholicam nõ permiſſurũ eos violare fidẽ. Sed & nullaten⁹ eorum ꝑfidie fauens vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus tẽdentib⁹ ad ꝑcipitia infidelitatis aditũ præbeat ꝑuaricationis. Sed qđ magnopere noſtro eſt tẽpore cõquiſitũ, debeat illibatũ perſeuerare in futurũ. Nam incaſſum bonũ agitur, ſi nõ eius ꝑſeuerãtia prouideẽ. Ergo poſtquã ordine ꝓmiſſorũ ad gubernacula acceſſerit regni, ſi ipſe temerator huius extiterit ꝓmiſsi, ſit anathema maranatha in cõſpectu Dei, & pabulum efficiaẽ ignis æterni, ſimúlq; cũ eo dãnatione ꝑculſi, quicũq; ſacerdotũ vel Chriſtianorũ quilibet eorũ implicati fuerũt errore. Nos etenim ita ꝑſentia decernimus, vt ꝑterita q̃ in vniuerſali ſynodo de Iudæis cõſcripta ſunt, cõfirmemus: quoniã ea q̃ neceſſaria pro eorũ ſaluatiõe ſcribi potuerũt in eiſdẽ eſſe cauta ſanxim⁹. Quapropter quæ tunc decreta ſunt valitura eſſe cenſemus.

Ludouic⁹ F. R. circa Iudæos attendit.

Iurat rex nõ ſe ꝑmiſſurũ fidem uiolare catholicam.

Perſeuerẽtia hic cõmẽdatur.

Maledictio regis fidẽ catholicã nõ defendentis.

Et in xiij. c. eiuſdem concilij quod ſequitur etiam legimus.

Qui primatu dignitatis atq; reuerẽtiæ vel gratiæ ob meritum in palatio honorabiles habẽtur, his à iunioribus mo-

deſtus honor per omnia deferatur, qui etiã minores à ſenioribus & dilectionis affectu amplectantur, & vtilitatis imbuantur exemplo.

Et in decimo cap. concilij Toletani.

Itẽ ad idem faciunt omnia quæ dicta ſunt ſuprà in ꝓximo titulo, de reformatione cleri, & in præcedentibus.

Titulus lxxij.

De reformatione Regum & ſecularium perſonarum.

AD reformationem Regum & principum, & omniũ dominorum temporalium faciũt illa quæ dicta ſunt ſuprà in primis titulis primæ partis, ſcilicet, vt regerentur iuribus & rationibus de cõcilio ꝓborũ, & nõ propriis volũtatibus & motibus, & arbitrio eorũdem. Et ꝙ cohiberẽt ſe à grauaminibus eccleſiæ inferẽdis, de quibus, quinquaginta grauamina tacta ſunt in lxx. huius ii. partis, titul. & quòd liberaliter iuſtitiam exhiberent, monetas non mutarent, inſufficientes tabelliones non crearent, nec permitterent rempub. in menſuris ponderibus & aliis defraudari, & quòd ab omnibus fidelitas ſeruetur eiſdem, ſicut in lxxi. tit. dictum eſt. Et ſpeciales orationes fiant pro eiſdẽ: vt in vi. tit. quòd nõ capiant perſonas eccleſiaſticas nec eis acquirere prohibeãt, vt in iii. & v. titul. Et quòd deputent defenſores eccleſiis, vt in xl. tit. Et quòd venationibus nimis non inſiſtant, vt in 51. titulo.

Ratione & iurib⁹ nõ ꝓpriis uolũtatib⁹ & motib⁹ regi debemus.

Reges hic attendant.

Ad reformationem autem totius ſtatus ſecularis faceret ſpecialiter reformatio dictorum regum & principum quo ad prædicta. Et reformatio etiam eccleſiæ Romanæ, prælatorum, religioſorum, & totius cleri: quia quod ab eis agitur, trahitur ab ipſis laicis in exemplum.

Ad dictam etiam reformationem ſecularium perſonarum faciunt illa quæ dicta ſunt ſuprà in xxxv. titu. xxxix. xlii. xlv. xlvii. xlviii. l. lvi. lvii. viii. ix. lxi. lxii. iii. iiii. vii. ix. lxxi. iii. & v. lxxx. lxxxi. & ii. vi. vii. viii. & ix. & in xc. ſ. vt decimas & primitias & alia iura eccleſiaſtica ſoluant.

SECVNDAE PARTIS FINIS.

INCIPIT TERTIA pars tractatus.

Titulus primus.

De reformatione uniuerſalis eccleſiæ, & (quod in ea eſt præcipuum) à capite ſanctæ Romanæ eccleſiæ prælatis & aliis ſuperioribus inchoandum.

SANE` quantũ ad reformationẽ vniuerſalis eccleſię, vtiliter & perſeuerabiliter ac efficaciter faciendum videtur, quòd à capite ratio ſit edēda, videlicet à ſacroſancta Romana eccleſia, quæ caput eſt omnium aliarum. Ad quam tanquam ad caput eccleſiarum omnnis ſanctæ religionis relatio eſt ſecundum Grego. referenda: & quam tanquam caput & matrem omnium eccleſiarum ſecũdum Calixtum mẽbra omnia ſequi debent. Quæ, ſicut Inno. Pa. ſcribit, eſt omnibus poſita in ſpeculum & exemplum. vnde ſicut ſpeculum ſine macula atque ruga, exemplum abſque reprehenſionis nota debet eſſe. Sic prædicta eccleſia ſancta Romana ſecundum Pelagium vrbis Romæ epiſcopum, non debet habere in ſe maculã neque rugã, neque aliquid huiuſmodi. Capite nãque langueſcente, omnia corporis membra dolẽt, teſtimonio Eſayæ. Et cùm incuruantur hi qui pręeunt ad ferenda onera peccatorum, facilè inclinantur ſequentes. Et ſi quid peruerſè agitur à prælatis (cum facta verbis cõtraria pluſquam ipſa verba ſecundum Senecam, moueant) trahitur à ſubditis de facili in exemplum. Et concuſsis colũnis eccleſię, corruit ędificium. Et quãquã de Scribis & Phariſęis ſup cathedrã Moyſi ſedẽtibus præcipiat dñs & inſtruat, dicẽs: Quod dicũt, faite: q̃ autẽ faciunt, facere nolite. Dicũt autẽ, & nõ faciũt: & alligãt onera grauia & importabilia, & imponũt in humeros hoĩm, digito autẽ ſuo nolũt ea mouere: oĩa opera ſua faciũt vt ab hominib⁹ videañ: dilatãt philateria ſua & magnificant fimbrias: amãt primos recubitus in

Romana eccleſia caput omniũ aliarum.

Quando caput langueſcit, cætera membra dolẽt.

Attendant hîc p̃lati q̃ ſæpe nec dicunt & minus faciunt, ſaltẽ boni, & q̃d eſt paſtoris ſed potius lupi agunt.

cœnis, & primas cathedras i ſynagogis, & ſalutatiões in foro, & vocari ab hominibus rabi. Et hoc idem ſecúdum Ioan. Chriſoſt. intelligi poſſet de prælatis & ſacerdotibus noſtri temporis, qui omnem iuſtitiam populo mandant & ipſi nec modicam ſeruant: vt ſic, nõ faciendo, ſed dicendo iuſti appareãt. Nihilominus tamẽ quia vt Pſalmiſta ait. Oculi ſeruorum, id eſt, ſubditorũ & laicorũ ſunt in manibus & operationibus dominorum ſuorum, id eſt, prælatorum ſuperiorum. Et oculi ancillę, id eſt, vniuerſalis eccleſiæ in manibus dominæ ſuæ: hoc eſt, Romanę eccleſię, quæ domina ac iudex eſt aliarum, cuius rector catholicus non iudicatur à quoquã. Cũ eius ſedi primũ Petri apoſtoli meritum, deinde ſecura iuſsione domini conciliorum venerandorũ authoritas ſingularẽ in eccleſiis tradiderit poteſtatẽ, ſicut ſcribitur in decretis, plus ad facta dictæ Romanæ eccleſiæ attenditur q̃ ad verba. Potiſsimè cum do. Papa locum eius teneat, & vice fungatur in terris, qui cœpit facere & docere, & turbam ſequentẽ cibo corporali reficere non ſolo pabulo verbi ſui: Qui digito ſuo ſcripſit in terrã (cũ peccatricis mulieris iudicio ageretur) Qui ſine peccato eſt veſtrũ primus in illam lapidem mittat: vt docuit eius in ſacro euangelio. Regem enim æterna iura faciũt, non perſona: quia nõ conſtat ſui mediocritate, ſed ſublimitatis honore. Quæ ergo honori debeant, honori deſeruiant, & quæ reges accumulant regno relinquant: vt quia eos regni gloria decorat, ipſi quoque regni gloriã non extenuent, ſed exornẽt. Habeant deinceps iure conditi reges in regẽdo iudicia iuſta, in parcendo pectora prompta, in conquirendo ſtudia parca, in cõſeruando vota ſincera. Et tantò gloriam regni cum fœlicitate retenent, quantò iura regiminis & manſuetudinis conſeruauerint & æquitate direxerint promiſſæ præmium ditionis, nec non prodiiſſe putetur ex fomite rationis reuelare conuenit euidentiſsima operis ſpecie, vt ex illo nos idoneos aſſertores habeat probitas veritatis, ex quo ſemper ſemetipſam reſeruauerit qualitas actionis. Ecce enim ita ex gentis noſtræ mediocribus maioribúſque perſonis multos hactenus corruiſſe reperimus, & deflemus, vt eorum agnitis ruinis non aliud poſsimus, quàm

Oculi ſeruorũ & ancillarũ ſunt hic exponetur.

Plus ad facta quã ad uerba eccleſiæ Romanæ attẽditur.

Regẽ faciunt æterna iura nõ perſona.

diuina conſyderare iudicia promiſsionis, quorum domorum ſpolia, & potentiarum diuitias ſimul ac prædia ita cõſpicimus prorſus exinanita, vt nec fiſci vſibus commoda, nec palatinis officiis reperiãtur in remedium ſalutare collata. Cuius rei ſerie ex vtroque cõcurrente, dũ & iudicatos iudiciorum ſententiam eliſit, in eorum bonis ad ipſorũ vicem munificatus nemó, pene non tenuiſſe diſciplinam in ordine, ſed defectum potuiſſe penſantur in gente illo maiori ſalutis diſpendio cumulato, quod tam hæc quæ à iudiciis vigor iudiciorum abſtraxerat, quàm illa quę qualicunque prouentus ordine profligationis contriuerat tota proprietatis principum amplitudo in ſinum ſuæ receptionis incluſerat. Sícque ſolo principali ventre ſuppleto, cuncta totius membra gentis vacuata langueſcerent ex defuncto, vnde venit vt nec ſubſidium mediocres, nec dignitatẽ valerent obtinere maiores. Quia dum ſolius poteſtatis vigor maxima occupauit, totius plebis ſtat⁹ nec minima iura defendit, atque cum omni palatino officio ſimúlque cũ maiorum minorúmque conuentu omnes nos tam pontifices quàm etiam ſacerdotes, & vniuerſi ſacris ordinibus famulantes concordi deffinitione decernimus & optamus, vt omnis conquiſitionis profligatio in omnium rerum viuentium immobiliúmque & moueri valentium corpore vel ſpecie, forma vel genere quę à glorioſæ memoriæ Cindaſiuntho Rege à die quo in regnum dinoſcitur conſcendiſſe reperta quolibet modo extiterit, omnia in sereniſsimi atque clementiſsimi domini noſtri Recceſiunthi principis perenni tranſeant poteſtate, & perpetuo deputentur in iure non habenba parentali ſucceſſu. Sed poſsidenda regali congreſsione, ita vt iuſtè ſibi debita quiſque percipiat, & de rebus ad remedia ſubiectorũ quæcunq; elegerit, principis voluntas exerceat, illis tantummodo exceptis quæ memoratus diuæ memoriæ Cindaſiunthus princeps ante regnum aut ex propriis, aut ex iuſtiſsimè conquiſitis viſus eſt habuiſſe, in quibus cunctis filiis vnà cum glorioſiſsimo domino noſtro Recceſiuntho Rege maneat diuiſio libera & poſſeſsio pace pleniſsima. Sed illę res quas prædictus princeps de iuſtis prouentibus filiis ſuis vel quibuſlibet iu

ſtiſsimè viſus eſt contuliſſe vel reliquiſſe, omnes in eorum iure maneant inconuulſæ.illa negotii huius veritate ſeruata & quia grata voluntas glorioſi domini noſtri Receſiunthi Regis reddere decernit vnicuique iuſtiſsimè debita, nemo inuaſionis calumniam moueat, aut damna requirat præter quæ glorioſæ memoriæ genitorem eius quædã indebitè habuiſſe conſtiterat.

* Hanc reformationem etiam in capite & mẽbris eccleſię latè diſcutit D. Petrus de Aliaco cardinalis Cameraceñ. per ſex cõſiderationes, in ſuo tractatu de reformatione eccleſiæ, quæ ab hoc tractatu extracta videntur. Probus.

Titulus ſecundus.

FRequentiũ moleſtiarũ nocens impulſus cõtenti quidẽ magnitudine decentis poterit grauitatis. Sed quia honeſta ſollicitudo cohibere properat quod frequẽtata viſitatio vitare non curat; ideo & cum quorundam paternorum ſanctionibus decretorum & inſtitutionibus ſit legalibus cautum, ne contra ſalutem principum, gentíſque, aut propriæ patriæ quiſquam meditari conetur aduerſum, hoc vnum ſpiritualiter nunc depromitur obſeruandum, vt ſi quis religioſorum ab epiſcopo vſque ad extremum ordinis clericorum ſiue monachorum generalia iuramenta in ſalutem regiam gentíſq; aut patrię data reperiatur violaſſe voluntate prophana, mox propria dignitate priuatus, & loco & honore habeatur excluſus, eo miſerationis obtentu tantummodo reſeruato, vt an locum, an honorem, an vtraq; poſsideat concedendi ius licentiámque principalis poteſtas obtineat.

Iſta ſunt ex ij. cap. x. concilij Tolletani.

Titulus tertius.

De his quæ imperatores, reges, principes & domini temporales intra eccleſiam & in perſonis eccleſiaſticis rebus & bonis agere & exercere poſſunt.

ISTum titulum non proſequor nec etiã xxvi. de præſenti propter librum quem de contẽtis in dictis duobus titulis, reuerendus in Chriſto pater frater Egidius Dei gratia Bituriceñ. epiſcopus, in quo ꝓfunditas & ſublimitas vigent ſcientiæ, copioſè ac vtiliter edidit: in quo plenius videri poſſunt pertinentia ad iſtos duos titulos quàm poſſet hîc explicari, licet ex præcedentibus titulis multa colligi poſsint quæ ad iſtos duos titulos reducuntur.

* Commemoratur Egidius Romanus Bituriceñ. archiepiſcopus, ordinis eremitarum generalis prior: de quo per ſupple. cro. poſt Philippum pulchrũ, Regem Francorum. Probus.

Titulus quartus.

De regulis fidei & doctrinæ Chriſtianæ catholicis exponendis: & de quibuſlibet ſcientiarum ſcriptis potiſſimè dubiis, abbreuiãdis, & opinionibus reſecandis: & curatis & presbyteris per ſcripta informãdis: & officio eccleſiaſtico & canonibus moralibus exponendis, & conciliis ab omnibus eccleſiis cathedralibus habendis, & de euangeliis & figuralibus miſticandis.

IN xxi. & vlti. c. primi concilii Toleta. & in i. c. vi. concilii Toleta. & in pluribus aliis conciliis continẽtur faciẽtia ad catholicorum inſtructionem, & hæreticorum, & hæreſum exterminationem, ſicut in vii. & vlti. c. primi cõcilii Cõſtantinopolitani. & x. c. vi. cõcil. Carthagineñ. Et in ii. c. iii. concil. Toletani & ſimilibus, videretur conſiderandũ an expediret ſeruari prædicta, cùm paucisſimi in his quæ ad fidem & eius articulos, & animarum ſalutem pertinẽt: etiam literati inueniantur inſtructi, propter quod riſui patent infidelibus, quandocunque de fide habetur collatio cum eiſdem. Cuiuſquidem fidei doctrinam ab epiſcopis ſuſcipere debent xxv. diſtin. audire. *Circa hæreſum exterminationem.*

Item cum nimia prolixitas & etiam ſimilitudo cõfuſionem inducãt. ſicut habetur in procemio decretalium & vt alibi ſcribĩt. Ars lõga, vita breuis, & experimẽtũ difficile &

Repetit in fra xlv. ar. ubi uide quæ adduntur.

diuerſitas interpretantium frequenter confuſionem, materiam litium & diſcordiarum inducunt. Videretur vtile, quòd de qualibet facultate ſumeretur literati & experti viri & arbitri, ad quorum iudicium per ſummum pontificem omnes probabiles dubitationes circa quaſlibet ſcientias exortæ, reſecatis omnibus ſimilib⁹ & ſuperfluis, remanentibus tamen ipſarum ſcientiarum textibus originalibus, tollerētur: ac etiam aliquæ declarationes compendioſæ pro ſacerdotibus & curatis in omni ſcientia ederentur: per quas poſſent in eis ſcolaſtici, curati, & reipublicæ adminiſtratores, & rectores breui tempore informari in omnibus pertinētibus ad officia eorundem, & libri ſcriberētur in quibus eſſet videndum. Cū propter dictam diuerſitatem opinionum, dubiorum diffuſionem & cōfuſionem ſcripturarum, ad quas habendas vix vnius ſcolaris diuitis ſufficiunt facultates, ab ipſarū ſciētiarum diſquiſitione, & ſtudio plurimùm retrahantur, & ignorātes præficiātur curæ animarū, quę eſt ars omniū artium, vt de ętate & quali. cum ſit ars. & regimini reipublicæ, ex quo cuncti errores

Ignorātia cūctorum eſt mater errorum.

proueniunt, cùm ignorantia mater ſit cūctorum errorum, ſicut habetur in concilio Tolet. xxxviii. di. ignorantia. & cùm cæcus per ignorātiam cæco populo ducatū præbeat, ambo in foueam delabuntur, ſecundum euangelicā veritatē. Matth. xv. & ea. diſ. quæ ipſis. ad prędicta concordat principiū. x. cōcilii Tolet. vbi deſcribit regula fidei & doctrinæ. Et inſuper ꝙ antiqua cōcilia in omnibus cathedralibus eccleſiis haberētur. Et ꝙ figuralia quæ intra eccleſiā legūtur, moralizarent & miſticarent & ꝙ legit in eccleſia ad miſſarū ſolēnia, de epiſtolis & euāgeliis & de aliis, exponeret taliter ꝙcurati & ſimplices inde ſermones aſſumere & exponere poſſent. Et ꝙ omnes canones ſpecialiter populū cōtingētes, ſicut eſt capitulū Aug. v. di. ad ei⁹. In quo

Mariti circa uxores quomodo ſe habere debeāt.

cōtinetur, quòd vir nō accedat ad vxorem menſtruatam, nec paruulum lactantem, & quòd dictæ vxores non tradant paruulos ſuos aliis mulieribus ad lactādū, & quòd in ſolēnitatibus in ieiuniis ab eiſdem vxoribus abſtinere debēt. xxxiii. q. iii. fere per totū. & quòd hęc & cōſimilia declararētur in dicto lib. & per curatos populo exponerent,

Titulus quintus.

Vt ad menſam dominorum Papæ & cardinalium & epiſcoporum, & presbyterorum ſcripturæ diuinæ legantur.

IN viii. c. tertii concilii Toleta. fuit pro reuentia Dei & ſacerdotum ab vniuerſa Sinodo conſtitutum (vt quia ſolent crebrò mēſis otioſæ fabulæ interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum miſceatur. Nam per hoc & animæ ædificantur ab bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur, & prædictum. cap. poſitum xliiii. diſt. pro reuerentia. & conſimilia ſicut eſt ſtatutum Greg. e. di. conuiuia. & c. conci. Naneteñ. e. diſt. quando. & de conſe. diſ. v. c. in omnibus. quod eſt aſſumptum ex v. li. capitulorũ, non ſeruetur, quinimmo contra prædicta multæ fabulæ otioſæ & detractiones & deriſiones & turpiloquia menſis epiſcopalibus & ſacerdotalibus inſeruntur. Videretur expediens iura huiuſmodi in Romana curia & extra à dominis Papa, cardinalibus & ſacerdotibus obſeruari.

Lectio diuinarum ſcripturarum in ſacerdotali cōui nio miſceatur

Titulus ſextus.

Vt funera defunctorum cum pſalmis & officio eccleſiaſtico abſque lamentationibus tumulentur.

IN xxii. capit. tertii concili Tol. fuit conſtitutum quòd qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo & pſallentium debent vocibus ad ſepulcra deferri, ſufficiat autem quòd in ſpe reſurrectionis Chriſtianorũ corporibus famulatus diuinorum impēdatur cāticorum, prohibet enim nos Apoſtolus ſanctus defunctos lugere, dicēs. De dormientibus autem nolumus vos contriſtari, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Et dominus nō fleuit Lazarum mortuum. Sed propter huius vitæ erũnas plorauit reſuſcitandum. Si enim poteſt epiſcopus hoc omnibus Chriſtianis prohibere agere, non moretur. Religioſis tātùm omnino aliter fieri non licere cenſemus. Sic

Dñs ad qd in reſuſcitatione Lazari fleuit.

enim Chriſtianorũ per omnẽ mundũ humari oportet defunctorum corpora. De mortuis quæritur, vtrum ſciant ea quæ hîc à viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait. Abraam pater veſter neſciuit. Aug. quoq; in lib. de cura agẽda pro mortuis illud idẽ dicẽs. Et dictũ c. poſitũ. xiii q. ii. qui diuina. & c. Anaſtaſii Papæ. c. diſti. hunc. & c. Cipriani quã præpoſterũ. & Ioãnis Criſoſto. in multis partibus non ſeruentur, ex quo infideles de fidelibus machinãtur. Videretur eſſe vtile obſeruari. ait namque dictusCiprianus Papa. Quam præpoſterum eſt quámque peruerſum, vt cum Dei voluntatem fieri poſtulemus quando vocat nos & accerſit de hoc mundo non ſtatim volũtatis eius imperio pareamus. obnitimur & reluctamus, & peruicatiũ more ſeruorum ad conſpectũ domini cum triſtitia & mœrore perducimur exeuntes iſtinc neceſsitatis vinculo non voluntatis obſequio: & volumus ab eo à præmiis cęleſtib⁹ honorari, ad quem venimus inuiti. Idem nobis quoq; ipſis minimis & extremis quoties reuelatum quam frequẽter atque manifeſtè de Dei dignatione præceptum eſt: vt conteſtarer aſsiduè: vt publicè prędicarent fratres non eſſe lugendos accerſione dominica de ſeculo liberatos cum ſciamus, non amitti ſed præmitti recedentes præcedere vt proficiſcentes & nauigantes ſolent.

Titulus ſeptimus.

De genitis à miniſtris eccleſiæ in ſeruitutem redigendis.

IN x. c. ix. concilũ Tole. fuit conſtitutũ quòd geniti à miniſtris eccleſiæ in ſeruitutem ipſius redigãtur. & hoc rationabiliter fuit conſtitutum, videretur expediens quòd vniuerſaliter ſeruaretur in eccleſia Dei, in qua videtur per contrarium vſum dictum concilium arbrogatum quod ponitur. xv. q. viii. c. iii. in hæc verba: Cũ multæ ſuper innocentiam ordinis clericorum hactenus emanauerint ſentẽtiæ patrum, & nullatenus ipſorum firmari quiuerit correctio morũ vſq; adeò ſententiam iudicãtium protraxere cõmiſſa culparũ, vt nõ tãtùm inferretur vltra in actores ſce-

Serui eccleſiæ qui dicũtur.

lerum, verũ etiam in progeniẽ damnatorum: ideoq; quilibet ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconem & deinceps vel ex ancillæ vel ingenuæ deteſtando conubio in honore cõſtituti filios procreauerint, illi quidem ex quib⁹ geniti ꝓbabuntur, canonica cenſura dãnentur: proles autem aliena polutione nata, non ſolùm hæreditatem nunquam accipiet, ſed etiã in ſeruitutẽ eius eccleſiæ de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt.

Titulus octauus.

De miniſtrantibus in altari, ut poſt ſe eiuſdem ordinis habeant adiutores.

IN xiiii. c. xi. concilii Tole. fuit conſtitutũ propter morbos & caſus diuerſos qui occurere poſſunt, quòd vbi tẽporis, loci ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat quiſque illic cauens Deo atque ſacrificãs poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem, vt ſi aliquo caſu, ille qui impleturus officia accedit, turbatus fuerit vel ad terram eliſus, à tergo ſemper habeat qui eius vicem & officium intrepidus exequatur, & dictum c. poſitum vii. q. i. illud. & c. nihil, non ſeruetur: etiam in eccleſiis cathedralibus, & in religionibus, & in aliis locis in quibus ſeruari poſſet, quinimo presbyteri celebrant frequenter cum talibus qui vix ſciunt reſponderi eiſdem. Penſandum eſſet, an expediret dicta concilia obſeruari, cùm concordent cum aliis conciliis & iuribus de con ſe. di. i. epiſcopus Deo ſacrificãs, teſtes ſecũ habeat. & c. iubemus. & c. hoc quoq;. vbi etiã ſtatuitur ꝙ presbyter non celebret niſi duob⁹ teſtibus præſentib⁹, & ad id facit quod ſupradictũ eſt in xiiii. tit. ſecũdæ partis de vii. diaconibus.

Titulus nonus.

Vt de rebus eccleſiaſticis æquæ fiant portiones.

IN concilio Bracharen. fuit conſtitutũ quòd de rebus eccleſiaſticis tres æquę fiãt portiones, quarũ vna ſit epiſcopi, alia clericorũ officio diuino vacãtiũ, alia in reparatio-

Portiones rerũ eccleſiaſticarũ tres dicuntur.

ne eccleſiæ & fabricæ expendatur, & quòd de quarta pauperibus & peregrinis diſtribuenda reddant archidiaconi vel archipresbyteri epiſcopo rationem. & dictum c. & dicta concilia poſita xii. q. ii. vobis. & c. vulterane. & c. cóceſſo. & c. quatuor. & c. de redditibus. & c. cognouimus. & c. mos. cũ ſimilibus. non ſeruẽtur: nec capit. illa. xii. q. i. epi. de rebus propriis. & c. ex his. & c. epiſcopus & c. ꝑcipim⁹. & c. eps. quod eſt xvi. c. iii. conci. Bracharẽ. in quibus cõtinetur, ꝙ eps habet poteſtatẽ res. eccleſiaſticas diſpẽſandi iuxta eccleſiæ ſuæ & aliarum rerum ſuarum neceſsitates. Penſari poſſet, an eſſet ſuper premiſsis aliquid innouandum, cum in aliquibus partibus epiſcopi quaſi per totum, & in aliis ita modicum obtineant: & in aliis capitula & clerus tanta paupertate laborent, quòd mendicare cogũtur.

Titulus decimus.

Ne canonici regulares & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ quib⁹ certus eſt habitus deputatus, ipſum in occulto deferãt ſubtus alias ueſtes: ne epiſcopi rochetos ſubtus gamachias ſuas: nec clerici ueſtes ante pectus ſciſſas & nodulatas, uel alias diſſolutas more laicorum.

Contra regulares habitũ cooperiẽtes ꝑut & contra epiſcopos

PRæterea in concilio Bracharẽ. fuit conſtitutum, ꝙ diacones qui ex officio oratorium portare debent ſuper tunicam, dictum oratorium ſubtus ipſam tunicam nõ abſcondant: & hoc ſit contra canonicos regulares, & contra multos alios religioſos, & etiã cõtra epiſcopos, & prælatos qui ſuperlicia rochetos & alios habitus quos deferre debẽt intra domos eorum & eccleſias, & in aliis locis ſubtus gamachias vel epytegias deferunt. videretur ſuper hoc eſſe prouidendum, vnde ſuper hoc ſtatuitur xxi. q. iiii. c. ii. iii. iiii. & v. quod ſequitur. In viii. namq̃ ſinodo legitur, quòd nullus eorum qui connumerantur in clero veſtimẽtum indecens habeat, ſiue in ciuitate degens, ſiue in itinere ambulans, ſed ſtolis vtatur quæ conceſſæ ſunt clericis: ſi verè quis tale quid fecerit, per vnam hebdomadam ſuſpẽdatur. Item Zacharias Papa, epiſcopi, presbiteri, & diaconi ſecularibus indumentis non vtãtur, niſi vt condecet tu-

nica ſacerdotali. Sed neque dum ambulauerint in ciuitate aut in via, aut in plateis ſine operimento pręſumant ambulare, præterquam ſi in itinere longo tẽpore ambulauerint: quia ſicut enĩ mulier orans in eccleſiis non velato capite deturpat caput ſuum, iuxta apoſtolicam vocem, ita ſacerdotes ſine operimẽto deturpant ſacerdotium ſuum. Quòd ſi temere pręſumpſerit cõtra ſtatuta agere, cõmunione priuetur, donec quę ſanxita ſunt adimplere maturet. Itẽ Leo Papa, Sine ornatu ſacerdotali, extra domos ſacerdotes apparere conuenit nullo modo, ne ab aliquibus ſecularium iniuriam patiantur. contrarius denique inuentus, aut deſinat, aut canonicæ ſubiaceat diſciplinæ. Item Innocentius ii. pręcipimus vt tam epiſcopi quàm clerici, in ſtatu mẽtis, in habitu corporis, Deo & hominibus ſtudeãt placere, nec in ſuperfluitate ſciſſurę, aut colore veſtium, nec tõſura veſtium intuentium, quorum forma exẽplum eſſe debet, & offendant aſpectum. Sed potius quòd eorũ deceat ſanctitatem, quòd ſi moniti ab epiſcopis emẽdare noluerint, eccleſiaſticis careant beneficiis. Eodem modo prouideri haberet, ne clerici portarẽt veſtes ſciſſas ante pectus cum nodulis, & ſotulares noſtrates & inciſos, ſicut faciũt milites & alii laici, cũ hoc honeſtatem non deceat eorumdem, prout dictum eſt ſuprà in titul. xxxii. ſecundæ partis.

Clerici circa habitum.

Clerici circa ſotulares.

Titulus vndecimus.

Vt corpora defunctorum intra eccleſiam non ſepeliantur.

Item in Bracharẽ. concilio fuit cõſtitutum, vt corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſanctorum ſepeliantur. Sed ſi neceſſe fuerit deforis, circa murũ baſilicæ vſque ad eum non abhorreatur. Nam ſi firmiſsimum hoc priuilegium vſque nunc retinent ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum cuiuſlibet defuncti corp⁹ ſit humatum: quãtò magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia obtinere? Et prædictum concilium nõ ſeruetur, potiſsimè à religioſis de ordine paupertatis: videretur ſuper hoc prouidẽdum, cùm aliis iuribus ſit confor-

Mortui intra eccleſiam nõ ſepeliantur.

me.idem enim fuit ſtatutum in concilio Vareñ.xiii.quęſt. ii.pręcipiendum:& ab Auguſtino approbatum.ea.q.quibus.in concilio etiam Maguncieñ.ea.quæſt. nullus. mortuus infra eccleſias ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici, & concordat ad hũc titulum C.de ſacroſanct.eccle.l.ii.

Titulus duodecimus.

De natalitiis martyrum in xl. nõ celebrandis, & de feſtiuitatibus tempore meßium & uindemiarum occurrẽtibus, alio tempore mutandis.

Feſta ſanctorũ quo in tẽpore nõ ſint celebranda.

ITem in iii.concilio Bracharen. cap.xlviii. aſſumpto ex conciliis orientalibus,facto per S.Martinum Bracharẽ. epiſcopum, fuit conſtitutum, quòd in quadrageſima natalitia martyrum, vel aliorum ſanctorum non celebrẽtur. Sed duntaxat vacetur officio quadrageſimali, & hoc non ſeruetur in pleriſque mundi partibus. Penſetur, an expediret ſeruari. Et inſuper cùm feſtiuitates tempore meſsiũ, & vindemiarum,occurrentes in prædictis temporibus,in veneratione debita non habeantur,propter neceſsitatem gentibus ingruẽtem, per locorum ordinarios tempore alio mutarentur. Et ſic ſanctis debita veneratio ſolueretur, & populorum vtilitatibus prouideretur,nec hoc videretur eſſe iuri diſſonum, cùm cõſimile indultum fuerit in concilio Triburien.de fer.licet. Et hoc etiam epiſcopis de iure conceſſum videatur: vt eod.titu.cap. conqueſtus. & de conſec.diſtinct.iii.pronuntiandũ. Nam & videmus quòd feſtum omnium ſanctorum & aliæ feſtiuitates plures ex cauſis conſimilibus ab eccleſia ſunt mutatæ.

Titulus tertiuſdecimus.

De ieiunio.v.feriæ paſchæ non ſoluendo.

ITem in l.ca.iii.concilii Bracharen. aſſumpto ex conciliis orientalibus per ſanctum Martinum Bracharen.epiſcopum poſito nomine Martini Papæ.de conſe.di.iii.non

liceat. & in concil. Laodiceñ. poſito. c. diſtin. non oportet. fuit ſtatutum, quòd ieiunium quintæ feriæ, ſiue die iouis ſanctæ vltimæ ſeptimanæ quadrageſimæ non ſoluatur. & hoc in pleriſque mundi partibus non ſeruetur, pẽſandum eſt, an expediret ſeruari.

Titulus quartuſdecimus.

De teſtium numero in epiſcoporum & cardinalium depoſitione requirenda.

ITem ex decretis Vrbani Pap. habetur, quòd præſul nõ damnetur niſi cum lxxii. teſtibus. & quòd ſummus prẽſul non damnetur à quoquam. Presbyter aut cardinalis non deponatur niſi lxiiii. teſtibus conuictus. Et diaconus cardinalis niſi xxvi. Et hoc ſit cõforme decretis Silueſtri, & Leonis iiii. ii. q. iiii. præſul. & c. nullã. & intelligatur nõ ſolùm de epiſcopis, cardinalibus, verũetiam de aliis quib⁹ repẽte à multis improbis, & qui laudabilis vitæ non ſunt, impetuntur ſecũdum §. Quorum. ea. q. Sed cùm hęc. & ſecundum aliquos notatores & ſupradictos nõ ſeruentur in epiſcopis, nec in cardinalibus: Pẽſandum eſſet, an expediret ſeruari & prouideri, quòd epiſcopi & cardinales nõ lacerarẽtur à vilibus, os ſuũ in cęlum ponẽtibus, lingua eorũ tranſeũte ſuper terram. xxi. diſt. in tantũ. quibus in Rom. curia audientia, concilium, & auxilium non negantur. *Numerus teſtiũ requiſit⁹ ad dãnandũ eccleſiæ platos hic ponitur.*

Titulus quintuſdecimus.

De queſtoribus & eorum abuſibus, ac indulgẽtiis & queſtibus curſorum, & nuntiorum Romanæ curiæ reſecãdis.

ITem cũ in vniuerſali eccleſia, queſtores multos errores diſſeminent, multóſq; ſeducant ſimplices, & multas abuſiones procurẽt, & vitam gerant enormiter diſſolutam, intantum ꝙ patent riſui, poteſtáſq; clauium eccleſiæ contẽnitur, cùm pro vno obolo vel nihilo, indulgentia concedatur, nec proficiat prouiſio concilii Lateraneñ. de pœniten. & remiſsio. cùm ex eo. propter eorum importunitatem & propter pecunias quas effundunt in curiis epiſcopo-

rum à quibus literas obtinent queſtuoſas ac indulgentiarum: & de audientia ab eccleſiarum rectoribus curatis populis ſub magna pęna parāda eiſdem. & ex hoc diuina officia perturbentur, ſermones & prædicationes impediantur, & populi extra volūtatem propriam retinentur in eccleſiis: cōtemnāntque impoſitas pœnitētias ab eorū curatis & confeſſoribuss adimplere, putantes ſe abſolui propter dictas indulgentias ab eiſdem: & propter facilitatem venię pro obolo obtinendæ & pecunia redimendæ delinquere non formidant. xi. q. iii. pauper. de ſent. excom. vt fame. l. di. ſi lapſis. videretur ſuper hoc de competenti remedio prouidendum, & in ſuper quòd ceſſarent quæſtus curſorum & nuntiorum Romanæ curiæ.

Titulus xvi.

De ordinibus mendicantium alendis, fouendis, & reformandis & etiam corrigendis, & ut ex ipſis aſſumi poſſint ad curā & regimē animarum, & de exceſsibus eorūdē.

Mēdicantiū ordines ad qd fuerūt introducti ponitur hic.

Item cùm ex diſpenſatione & prouidentia diuina, ordines mendicantium in Dei eccleſia nouiſsimis temporibus fuerint introducti ad ſupplendam ignorantiam, defectum & negligentiam, & ſupportanda onera, neceſsitates & occupationes eorum qui curę animarum pręficiuntur, & eccleſiam Dei regūt: & pręfati religioſi cōmuniter vita, moribus & ſcientia commendandi exiſtant. & ex hoc in eccleſia Dei ꝑpter honeſtatis, auſteritatis & ſingularis vitę eorum exemplum, ſcientię & pręedicationis documētum, confeſsionum audiendarum conſolamentum: defendendę fidei & expugnationis infidelium pugnaculum populorum, de vita & ſcientia propriorum ſacerdotū plerumque diffidentium, magnū religioſorū in eccleſia Dei hactenus retulerint, & adhuc referant fructum. Videretur quòd per vniuerſalem eſſet eccleſiam eorum inopiæ prouidendum. Nam & ſecundū apoſtolum, qui ſeminant ſpiritualia, non eſt magnum ſi temporalia metant. i. Cor. ix. de præbend. cum ſecundum. & xii. q. i. ex his. ita quòd in communi

Qui ſeminat ſpiritualia metet tpalia.

communi haberent de bonis prælatorum religioſorum & aliorum qui ſuperabundant, vnde poſſent ſibi in eccleſiis, ſed non in ſuperfluis ornamentis eccleſiarum & ædificiis, & aliis ſuperſtitioſis, conuenienter prouidere, vel ꝙ manibus propriis ſibi prouiderent: ſicut faciebãt apoſtoli, ne eſſent aliis oneroſi. de cenſi. cũ apoſtolus. in princ. xxviii. q. i. iam nunc. in fi. xxi. q. i. c. i. nam & idem pręcipitur clericis nõ beneficiatis quantumlibet verbo Dei eruditis, vt artificiolo vel libris ſcribendis victum ſibi quærant. ſicut habetur in concilio Cartha. xci. diſt. clericus victũ. & ſeq. xiiii. q. iii. in ſumma. de conſecr. diſtin. v. nunquam. vt ſuprà in tit. viii. ſecundæ partis: & quòd non reciperent vltra illum numerum, quem maiores eorum ſub iuramento ipſorum epiſcopis præſtando cõcedent probabiliter poſſe in ſingulis conuentibus, attento quòd refrigeſcit multorum charitas, ſuſtentari: & quòd nullos reciperent inuitis parentibus eorundem. Nam ſtatutum fuit in concilio Grãgren. poſito xxx. diſt. c. i. quòd ſi qui filii parẽtes, maximè fideles, deſeruerint occaſione Dei cultus, hoc iuſtum eſſe iudicantes, & non potius honorem debitum parentibus reddiderint, vt hoc ipſum in eis venerentur, quòd fideles ſint, anathema ſint.

Clerici ui ctũ ſibi q̃rãt labore manũ ſuarum.

Intrans Religionem cõtra parentum uotum.

Item cùm per Gelaſium Papam fuerit conſtitutum, ꝙ etiam eruditi in monaſterialibus diſciplinis poſſint aſſumi ad curam & regimen animarum. lv. diſtin. priſcis. de ſtatu mon. c. i. & c. monachi. xvi. q. i. cum pro vtilitate. & c. doctos. cum eorum concor. Videretur penſandum an expediret, quòd illi qui probati eſſent in dictis religionibꝰ per epiſcopos diſpenſatione aſſumi poſſent ad curam & regimen animarum. Nam & antiquis temporibus hi qui promouendi erant in clerum ſub diſciplina eccleſiaſtica tradebantur, ſicut habetur in concil. Toleta. xxviii. diſtin. de his. xii. q. i. omnis ætas. Verùm quia ratione eminẽtiæ vitæ & ſcientiæ, quæ inflat in ſuperbiam efferuntur & prælatos & alios quibus dicunt ſe non eſſe ſubiectos, contemnunt: & ſimplices ſacerdotes & curatos cum barbariſmis Deum (licet ex deuotione innocẽtes) deſpiciunt: ſicut ait Augu. in lib. de catechizandis rudibus, & xxxviii. diſtin.

Monachi ad curam animarum aſſumũtur

ſedulo.videretur prouidendum etiam, vt in humilitate ſeruarentur,ne tanquam neophiti eccleſiā Dei confunderēt: putantes quòd eorum auxilio plurimū indigerent,& quòd ſine eis factum eſſet nihil,non attendendo ad illa quę ſcripta ſunt de dictis neophitis.xlviii.diſtin. per totum. & ſuprà in viii.titu.ſecundæ partis.

Nobilitas carnis ꝑditur ꝑ ingreſſum religionis.

Item cùm prædicti religioſi de ordine paupertatis & etiam alii qui debent ſe reputare mortuos huic mūdo, & omnem nobilitatem paternam & maternā perdidiſſe,iuxta ſententiā Eugenii Pa.xvi.q.i.placuit.ii.&Ambroſii.xii.q.i.cui portio.& vii.ſynodo. xviii.q.ii. diffinimus. in dictis religionibus de nobilitate diuitiis & potentiis parentū intumeſcant,& ex hoc & ſecundū regna,prouincias,& diœce.& ſecundū proprias affectiones in vnitate religionis q̃ ſciſſurā recipere non debet,ſicut ait Pelagius Pa.xxiiii.q.i. ſciſma.& c.quoniā vetus oriens.& Paſchalis Pa.xvi.q.vii. Sicut dñi veſtimentum. videretur ſuper hoc prouidēdum.

Item cū dicti religioſi dimiſſo bibliæ & veræ theologiæ ſtudio & his quæ ædificare,poſſent eccleſiam Dei,dialecticorū tendiculis & fantaſmatibus,theologiæ ſtudiū deſtruentibus,& in ſermonibus & prædicationibus ad eorū oſtētationem frequenter rithmis & quibuſdā profunditatibus abutētur: & in generalibus & particularib⁹ ſtudiis curioſitatibus & vanis diſceptationibus vacent, contra doctrinā Hieronymi & aliorum.xxvii.diſti.à principio vſque ad.§. ſed contra.& xliii.diſtin.ſit rector.cum.cc.ſequentibus.& §.pariter.videretur ſuper hoc eſſe prouidendum.

Item cùm vt in pluribus filios nobiliū & potentum cum parentum eorū ſcandalo religionibus eorū & iuramētis & votis,ne ad ſeculum reuertātur infrà annū probationis cōtra conciliū Maguntinū.xx.q.iii.conſtituit. & cōtra prouiſionem Alexandri quarti.de regularibus.c.nō ſolū.nec ſeruent alia remedia circa cōfeſsiones audiēdas,ſepulturas & quartas parochialibus eccleſiis reddēdas: & circa excōmunicatos,interdictos& ſuſpenſos nō recipiendos ad diuina: & circa alia eis vetita:prętendētes quòd iuſto nō eſt lex impoſita:videretur ſuper his,& aliis eos tangentibus prouidendum , cùm paupertas eorum denigrari videatur & lu-

cernam extinguere eorundem.& ex prædictis multa ſubſequantur pericula animarum,potiſsimè cū rectoribus qui habent adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramenta non conſtet de illis qui confitentur eiſdem, nec eorum nomina ipſis rectoribus per dictos religioſos reddantur in ſcriptis.

Titulus decimuſſeptimus.

De leproſis alendis & ſub eccleſiaſtica diſciplina retinendis & corrigendis,ne ſanorum actibus miſceantur.

ITem cùm leproſi,& aliæ perſonæ miſerabiles,qui debilitate faciente ſuis manibus laborare non poſſunt victum & veſtitū inquantū poſsibile eſt epiſcoporum lagitione aſſequi debeant: ſicut habetur in cōcilio Aurelianeñ.lxxxii.diſt.epiſcopus.& lxxxvii.diſtin.c.ii.& iiii. & ad eccleſiaſticā diſciplinam pertinere noſcantur. vt ibidem. & cùm in eorum commixtione cum ſanis infinita pericula ſubſequantur. & ex præceptione diuina fuerit cōſtitutum,quòd tales perſonæ ab aliis ſeparētur,ſicut extat exemplum de Maria ſorore Moyſi & Aaron lepra percuſſa.Num̄.xii.c.& Iſidorus in epiſtola de lapſis.& xxxiii.q.ii.hoc ipſum.Videretur expediens,ꝙ prædicti leproſi obtentu alimoniæ petendæ ſeu quocunque prætextu nō immiſcerentur conſortiis hominum , & quòd de publica alimonia præſtaretur eiſdem.

Titulus decimuſoctauus.

De ualidinis mendicantibus cohibendis & de inualidis informandis.

ITem cum ſcribit Aug.in vii. epiſtola ad Marcellinum vltra medium,.& in ſermone de puero centurionis.xxiii.q.i.paratus.quòd cui licētia iniquitatis eripitur,vtilius vincitur.quoniā nihil eſt infœlicius fœlicitate peccantium,qua pœnalis nutritur impunitas,& mala volūtas velut hoſtis interior roboratur: vtilius eſuriēti panis tollitur,ſi de cibo ſecurus iuſtitiā negligat, ꝙ eidē fran

Infœlici nibil eſt fœlicitate peccantiū.*

gitur vt ſeductus iniuſtitiæ acquieſcat multáq; bona præſtantur inuitis, quando eorum vtilitati licet non voluntati conſulitur ſicut idem Augu. in Enchirid. lxxi. c. ait. xlv. diſtin. & qui emendat. & ſecũdum Albinum vnum ſit genus eleemoſinæ errantes in viam reducere veritatis. ea. diſtin. tria. & c. duę. videretur prouidendum quòd omnes mẽdicantes validi contra quos leges ſeculares etiã inuehunt, cohiberentur ab eleemoſynis recipiẽdis, & quòd prouideretur mendicis inualidis per ſingulas ciuitates & diœceſes: vt in titu. ſuperiori eſt expreſſum.

Errantes ad uiã ueritatis reducere, eſt genus unũ eleemoſinæ.

Titulus decimuſnonus.

De hoſpitalitatib⁹, xenodochiis & orphanotrophiis ad recipiendũ pauperes peregrinos & orphanos in locis in quibus non ſunt, & de bonis eccleſiaſticis religioſorũ fieri poſſunt, conſtruendis, & de conſtructis reformandis.

CVm non ſolùm ſecundum canonica, verumetiã ſecũdum regalia inſtituta, ab antiquo fuerit ordinatũ, ꝙ in republica habeant Xenodoches, monaſteria, ptochotrophia, orphanotrophia, gerontocomia & brephotrophia, & loca ſimilia in quib⁹ pauperes peregrini recipiãtur, ſenes, patribus orbati infantes, & miſerabiles perſonę alantur: vt C. de ſac. ſan. eccl. l. ſancimus. xxiii. q. viii. tributum. §. ſancimus. & de reli. do. in c. de xenodochiis. & ca. ad hæc. Videreẽ expediens ꝙ vbi dicta loca ab antiquo cõſtituta fuerunt, & nũc nõ ſunt vel diſſipata ſunt, reformarẽtur, & vbi nõ fuerunt, de nouo epiſcopali prouidentia cõſtituerẽtur.

Titulus vigeſimus.

De pœna ſacrilegorum & aliorũ qui ab eccleſia ciuiliter pro delictis puniuntur in pios uſus conuertenda, & quòd per eccleſiam etiam per dominos temporales procedatur ſpiritualiter & temporaliter contra illos qui excommunicationem ſuſtinent animo indurato.

CVm etiam propter pœnam quã eccleſia frequẽter recipit ex conſuetudine ab his qui excõmunicationem ſuſtinent animo indurato & ſacrilegis & aliis criminoſis ꝓ criminib⁹ eccleſiaſticis cõmiſsis, per eos ipſa eccleſia apud laicos frequenter diffametur. Potiſsimè cum Alexãder Papa de pœnis.licet.& Grego.xvi.q.v.cognouimus. & c.de lapſis. & alia iura.i. q.i. nullus epiſcopus. de ſimo.nemo. lxxxiiii.diſtinctione.ſi quis epiſcopus.cum eorum concordantiis: pro ipſis prima facie facere videantur. Videretur penſandũ an expediret ipſam in pios vſus eſſe conuertendam. Et inſuper quod per eccleſiam & dominos temporales procedatur ſpiritualiter & temporaliter contra eos qui excommunicationem ſuſtinent animo indurato.

Titulus vigeſimuſprimus.

De decimis perſonalibus & aliis, & primitiis ſolucdis, & non ſoluendis, & de prouiſione ſuper his adhibenda.

ITem cùm ſicut canones & quatuor principales doctores tenere videantur, quòd ſolutio decimarum ſi nõ fiat conſuetudine, nõ excuſatur, prout latè diſputatur per Hoſtien.in ſumma in titu.de decimis.§.quomodo decima.ver ſicu.ſeptimo quæritur.extra de decimis.cap.i.xvi. quæſti. vii.quicunque.& cap.decimas.& cap.maiores.xvi. quæſt. i.doctos.& ca.reuertimini.& ca.decimę.cum multis concordan.ibi ſignatis.& dictæ decimæ reales & perſonales q̃ debentur ex negotiatione, artificio, ſcientia, militia, & veneratione, & maximè in Italia & multis aliis partibus mũdi non ſoluantur: & multi conſtituantur dictorum iurium & ſacræ paginæ quo ad hoc tranſgreſſores, nec conſcientiam ſibi faciant. videretur eſſe propter animarum periculum ſuper his per eccleſiam prouidendum: & eodem modo circa primitias perſoluendas.

Conſuetudo nõ opatur quo ad nõ ſolutionẽ decimatum.

Titulus vigeſimuſſecundus.

De prouiſione congrua pauperibus, eccleſiarum rectoribus, curatis & uicariis eccleſiarum ad religioſos & alios

pertinentium facienda: de qua ualeant onera epiſcopalia & hoſpitalitatem debitam congruè ſupportare.

ITem cùm aliquæ eccleſiæ parochiales, & vicariæ curæ, ad religioſorum præſentationem ſeu prouiſionem pertinétes, adeò ſint tenues & exiles, & à dictis religioſis depauperatę, quòd dicti rectores, vicarii & curati nõ poſſunt inde ſuam ſuſtentationem habere nec hoſpitalitatẽ ſeruare, nec onera epiſcopalia ſuſtinere, nec ꝓſint, nec ſufficiãt conſtituta remedia per Clementem quartum de præben. ſuſcepti. libr. vi. nec per anteceſſores eiuſdem: quia exẽpti ad quos dicta conſtitutio ſe extendit, non poſſunt per epiſcopos excommunicari, nec diſtringi, & prætendunt obtẽtu decreta. ſicut. de ſupplen. negli. præl. & ſimilium. & xvi. q. i. frater noſter. quòd ad dictos epiſcopos non pertinent corrigere ſupradicta, & quòd in eis monaſteriis hoſpitalitatem ſeruant, nec volunt quòd dicti rectores, vicarii, & curati, hoſpitium teneant, nec epiſcopalia alia epiſcopi onera portent, ſed quòd cum ipſis comedant & cantent quãdo ipſi voluerint, ceſſent, & quòd omnino ſubiiciantur ditioni regimini & imperio eorundẽ: eíſque obediant contra mãdata & ſententias prælatorum: aliter nihil de bonis dictarum eccleſiarum vicariarum & curarum aliquatenus ſuſcepturi, ipſóſque in pluribus aliis multiplici ſubiiciant ſeruituti. Videretur ſuper his eſſe de competenti remedio prouidendum. & inſuper quòd vbi non ſufficiunt eccleſiæ ad onera epiſcopalia ſupportanda, nec ſunt aliqui redditus dictarum eccleſiarũ, quod vnirentur plures eccleſiæ ad prædicta prout præcipiunt iura.

Titulus vigeſimuſtertius.

De abbatibus, prioribus & religioſis domibus ut epiſcopis ſubiiciantur, & de ſtatu & exceßibus eorũdem.

COntra ſuperiores & monachis & ſubditis eorũdem, & quòd clauſtralibus & aliis in refectorio comedentibus, congrua prouiſio fiat, quòd epiſcopi debeant eſſe

ſubiecti, & de iure ſint, ſicut probatum eſt plenè ſuprà in prima parte, in vltimo titu. in quo de exemptionibus tractatum eſt. Delinquunt autem & excedunt dicti abbates quibuſcunque ingeniis poſſunt, ſe ab obedientia & ſubiectione epiſcoporum, & archiepiſcopor ũ, & epiſcopalia iura non ſoluendo, & etiam vſurpant, multipliciter præſumendo contra illud c. accedentibus. de exceſ. prælat. cùm tamen ſubiaceant correctioni epiſcoporum. xviii. q. ii. abbates. & c. abbatibus. & c. ſi quis. Item quia confeſsiones audiunt, & pœnitentias iniungunt illis qui eis cõfiteri volunt: quod facere non poſſunt, niſi ſint ſubditi eorundem. xvii. q. i. peruenit. & c. ſequen. Item quia aliter dicunt diuinum officium, quàm in eccleſiis cathedralibus, & aliter, quàm à ſuis epiſcopis indulgetur eiſdem, contra cõcilium Toletanum, xii. diſtin. de his. Itẽ quia epiſcopis non præſtant ſubiectionem & obedientiam, nec faciunt reuerentiam vt debent. de ſimon. nẽ Dei eccleſiam. Item quia de triennio in triennium celebrare faciũt capitulum in præiudicium epiſcoporum, contra capitulum illud in ſingulis regnis &c. de ſtatu mona. Item quia eccleſias ad eorũ pręſentationem pertinentes propriis vſibus deputare nituntur, & ad priuatum volunt trahere commodum, quæ pro communi fuerunt vtilitate conſtituta, contra illud de ſupplenda negligentia pręla. ſicut de offi. archipreſ. vt ſingulæ. xxv. quæſt. i. quæ ad perpetuam. Item quia antiquum & debitum ſtatum dictarũ eccleſiarum ad eorũ præſentationẽ pertinentiũ authoritate ꝓpria (licet ad eos non pertineãt pleno iure) & poſt præſentationẽ epiſcopo, vel antè, vicarios in eis interdũ inſtituunt, & deſtituunt, & nouis pẽſionibus eos grauant & onerant, intãtum ꝙ eccleſiis nõ poſſunt cõpetenter, propter paupertatẽ nimiam, deſeruire, nec epiſcopo in epiſcopalibus reſpõdere, contra formã dicti cap. ſicut. de pręben. in Lateranẽ. de priui. cũ & plantare. x. q. iii. cauendũ. & c. relatũ. Itẽ quia terras & poſſeſſiones vnius eccleſiæ nituntur alteri applicare, contra cõcilium Lugdunẽ. de reb. eccle. non alie. c. i. Item quia licet epiſcopis ſubiaceant, ad ſinodum epiſcopalem venire nolunt, contra illud, de maiorit. & obedien. quod ſuper his.

Exceſſus abbatũ ponũtur mul ti.

xviii.q.ii.abbates. Item quia monachos volentes eos accuſare vel denunciare, malè pertractant: nec volunt quod in expenſis de bonis monaſterii prouideatur eiſdem, contra illud de accuſati.ex parte. Item quia ſi aliqua habent priuilegia in capite, ad membra ea extendere volunt, & eiſdem priuilegiis multipliciter abutuntur, contra illud de priuileg.recipimus. & c.ex parte. & c.cum capella. & c.ex ore. Itē quia volunt eſſe maiores quolibet clerico ſeculari, licet in iure contineatur quòd ſunt minores quolibet clerico.xciii.diſtin.à ſubdiacono, cùm nomen abbatis ſit potius nomē ſollicitudinis quā ordinis vel honoris.de ęta.& qualita.tuā. Item quia ſunt negligentes cōmuniter in correctione monachorū ſuorum & eis ſubditorum, vel propter aſperitatem linguæ, vel blāditias, vel timorē eorum, cōtra illud.l.diſt.ſi quis diaconus.§. vere.in fi. Item quia ſplendidè reficiuntur in cameris eorūdē, & bene induunt & calciantur, & eorum monachos & canonicos non reficiunt: nec indumētis, nec aliis neceſſariis eis prouident, vt tenentur ſecundū iura & regularia cōſtituta. Itē excedūt in pluribus aliis in quibus excedunt epiſcopi & prælati & aliæ perſonę eccleſiaſticę, prout dicetur infrà in tit.xxviii. & ix. Et ſicut dictum eſt ſuprà titu.proximo.

Regularis eſt minor quolibet clerico ſeculari.

Titulus xxiiii.

De prouidentia circa gubernationem reipublicæ adhibenda in mutationibus monetarum, creationibus tabellionum, ponderibus, mēſuris, mercationibus illicitis, oppreßionibus pauperum etiam ruſticorum, dotibus conſtituendis, exhibitionem iuſtitiæ, rebus propriis ad curiam Romanam & loca alia transferendis. Et quòd nulla perſona eccleſiaſtica uel ſeculari perſonaliter capiatur, ſed recredetur ſub idonea cautione, ſi eam præſtare poßit, & quòd etiam in foro ſeculari diuinæ leges & iura canonica ſeruentur.

NEmini venit in dubium, quin ad eccleſiaſticum forum pertineat peccatorem reuocare à vitio ad virtutem, vt extra de iu.nouit.§.licet cum eius concor. & mul-

Reuocare à uitio ad uirtutē eſt

tipliciter abhorreatur contra rẽpublicam ab imperatore, regibus, principibus, prelatis & aliis dominis temporalib⁹ ius cudendi monetam ab antiquo habentibus: quia cõtra ius & ea quæ fuerũt hactẽn⁹laudabiliter ab eorũ maiorib⁹ obſeruata, monetã debilitant, & rẽ publicam legitimo põdere & valore illegitimè defraudant, cariſtiæ vniuerſalis & conſimilis defraudationis materiam exhibentes & occaſionem præſtantes in periculum animarum ſuarum, & etiam aliorũ: & ex hoc ſequũtur pondera inæqualia, ſtateræ doloſe, ſophiſticationes & falſitates omniũ negotiationũ & mercationũ ac rerũ vniuerſalis cariſtia, & palliati & ſimulati cõtractus vſurarũ, & deprædatio ſubditorũ, maiorũ, mediocriũ, & minorũ cũ etiã à prædictis creẽtur idiote in notarios inſufficiẽtes, ex quorũ inſtrumẽtis quib⁹ fides prima facie adhibet, & in quorũ reprobatione & falſi impugnatione difficultas habetur. Cùm etiam ex immenſitate dotium & arneſiorum quæ mulieribus in multis partibus præſtantur, eorum parentes collocando eas nuptui, perpetuò paupertate laborent: & ſi non collocẽtur nuptui multa pericula ſubſequantur. Item cùm plurimi domini tẽporales adeò opprimant eorum ſubditos, quòd efficiũt de liberis ſeruos, & ſibi omnia bona appropriant eorundem, non permittentes eos reſpirare, nec ad ſuperiores eorum habere recurſum, ius voluntarium reddentes inter eos, & abſque cauſa inter probata capientes, arreſtantes & talliãtes eoſdem, & bona etiam eorundem: & abſque iuris ordine quæſtionibus & tormẽtis variis, vt eorum iuriſditiones perpetuare valeant, ſupponẽtes: & frequenter indebitè & abſque conſilio iudicantes eoſdem: & alia varia & diuerſa grauamina inferentes. *de foro ecclesiaſtico.*

Videretur ſuper prædictis & conſimilibus quæ abſque labe peccati & defectu negligentiæ non poſſunt fieri, de opportunis remediis prędictis oppreſsionib⁹ & grauaminibus contrariis per eccleſiæ miniſtrum prouidendum, quod dictę monetę mutari nõ poſſent in præiudiciis aliorũ, & quod pro valore ſuo vbique currerent, nec efficeretur propter eas argenti vel auri, vel aliarũ rerũ cariſtia: & quòd intra idem regnum eædem eſſent menſuræ & pon-

dera iuxta varietatem locorum & temporum certum quid mercatoribus & negotiatoribus deputatum. Quódque tabelliones non crearentur niſi homines valde literati & fide digni & iuriſperiti. Et quòd omnes ſubiecti iure ſcripto regerentur: & quòd dotes vltra facultates & conditionem perſonarum non conſtituerentur, nec opprimerentur iniuſtitia pauperes, & releuarentur locupletes, pro quibus facit extra de iureiuran. quanto. vbi agitur de dicta mutatione monetæ. de iudiciis. nouit. lxxxii. diſtinctio. capit. i. lxxxvii. diſt. cap. i. ii. iii. & iiii. xxiiii. q. iii. ſi quis ex potentibus. cum ſeq. dicitur in quibus quòd ſi quis romipetas & peregrinos & apoſtolorum limina & aliorum ſanctorum oratoria viſitantes, capere ſeu rebus quas ferunt ſpoliare, & mercatores nouis theloneorũ & pedagiorũ exactionib⁹ moleſtare tẽtauerit, donec ſatiſfecerit cõmunione careat.

Tabelliones ſint iuris periti.

Videretur inſuper prouidendum, quòd nulla perſona eccleſiaſtica vel ſecularis caperetur perſonaliter, quando idoneè cauere poſſet, & eſſet in caſu in quo vel relaxari deberet ſub dicta idonea cautione, & quòd etiam in foro ſeculari diuinæ leges & iura canonica ſeruarentur.

Titulus XXV.

Ne ad eccleſiaſtica beneficia recipiantur obtentu literarum apoſtolicarum uel ordinariorum illi quorum propinqui uſque ad gradum tertium iniuriarẽtur eccleſiis in quibus ſunt dicta beneficia conſtituta, uel illis ad quorum collationem, prouiſionem ſeu ordinationẽ pertinent, niſi pri⁹ fuerit ſatiſfactum & quòd obtentu proceſſuum, gratiarum uel iuſtitiæ eccleſiæ ſubiici nequeant interdicto, nec perſonæ ligari ante quindecim dies.

CVm indignum ſit illis per eccleſiam ſubueniri, per quos cõſtat in ipſa eccleſiã ſcandalũ generari. & fruſtrà inuocat legis auxilium, qui committit in legem. de tempo. ordina. literas. de iure patronatus. paſtoralis. de immu. eccleſiæ. cap. fina. de vſu. quia fruſtra. de ſen. excommuni. in audientia. xvii. quæſtione. iiii. frater & coepiſco-

Fruſtrà legis auxiliũ iplorat q in legem cõmittit.

pus.& ca.ſequenti.ff.de minori.l.auxilium.in fine.in autenti. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero.collatio.viii. & interdum pœnis temporalibus, propinqui pro parentibus puniantur, & etiam pro ſpiritualibus.i.quæſtio.iiii.eccleſia.cum §§.ſequentibus.xvii.quæſtio.iiii. minor.xxiiii.q. iii.ſi habes.& de hære.cap.quicunque.§. hæretici.&.cap. ſtatutum.de pœnis.vbicunque.lib.vi.cum ſimi.& de ſpō. non eſt vobis.videretur eſſe vtile ordinari, quòd ad canonicatus, præbendas, perſonatus, dignitates & alia eccleſiaſtica beneficia & officia nulli reciperentur obtentu quarumcūque literarum apoſtolicarum vel aliarum, per quos vel per quorum parentes vſque ad tertium gradum iniuriaretur eccleſiis in quibus mandaretur prouiſio fieri, vel illis ad quorū præſentationē collationē prouiſionē vel diſpoſitionē pertinerēt, niſi eſſet pri⁹ integraliter ſatiſfactū.

Propinq puniūtur ꝓ parētibus tā pœnis tēporalibus quā ſpiritualibus.

Item cùm per iudices & executores ſuper talibus à ſede apoſtolica deputatos irreuerenter & repēte interdum minus rationabiliter proferantur ſententiæ interdicti, in eccleſias & capitula & ſuſpenſionis & excōmunicationis in prælatos & alios, niſi infra ſex dies mādata apoſtolica exequātur, & ſic deliberationis copia quæ à iure cōceditur, & inſpectionis ſubtrahatur, & ꝓpter indiſcuſſos hominū colores frequēter indeliberatè ad appellationis remediū cōfluatur, cōtra legē canonizatam.ii.q. vi.anteriorū.& tempore opus ſit ad aliquid maturius peragendū.xlviii. diſti. quoniam.& l.di.pōderet. Videretur eſſe prouidendum ꝙ eccleſiæ quæ non delinquūt pro præmiſsis & conſimilib⁹ delictis in quibus non delinquunt, maior pars eorum clericorū & laicorum qui cōuenire cōſueuerunt in dictis eccleſiis nullatenus ſubiicerētur eccleſiaſtico interdicto. ſed quòd aliter culpabiles punirentur, ſic tamē ꝙ pro prædictis vel ſimilibus nullatenus excōmunicationis ſuſpenſionis vel interdicti ſentētia proferretur, niſi cōpetēti termino.ſ.xxx.dierū ꝓ monitione prēmiſſa iuxta formā.c.de il licita.xxiiii.q.iii.cū ſimilib⁹.& ꝙ in ꝑdictis ſentētiis epiſcopis & aliis qb⁹ iura deferūt ampli⁹ deferreſ cū piculoſum ſit eos tales incurrere ſentētias, de ſen.excō. qa piculoſū. li.vi.de of.dele.qa pōtificali.& de of.ordi. Romana.in fi.

Tēpore agem⁹ ut aliquid maturi⁹ agamus.

Titulus vigeſimuſſextus.

De poteſtate eccleſiaſticæ ſuper temporales dominos & dominia temporalia.

Aegidius Bituricẽ. Archiepiſcopus.

Iſtum titulum nõ proſequor, nec etiam tertium de præſenti, propter librum quem de contentis in dictis duobus tit. reuerẽ. in Chriſto frater Aegidius Bituriceñ. archiepiſcopus fecit, in quo profunditas & ſublimitas vigent ſcientiæ, copioſè vtiliter edidit, in quo pleni⁹ videri poſſunt pertinentia ad iſtos duos titulos, quàm poſſet hîc explicari, licet præcedentibus titulis reducantur.

Titulus vigeſimuſſeptimus.

De his in quibus uidetur, quòd haberet ſe Romana eccleſia condeſcendendo prælatis & aliis ſubditis temperare, & etiam reformare.

Eccleſia Ro. qualis eſſe debeat.

In correctione agẽda ponuntur.

SAnè quantum ad reformationem Romanæ eccleſiæ, videretẽ, ꝙ ipſa Ro. eccleſia, quę nõ debet habere maculam neq; rugam, & quæ mater eſt fidei, & magiſtra debet eſſe vniuerſalis eccleſiæ: & ad quam omnis ſanctę religionis relatio debet referri, & ab ea normam recipere, exhiberet ſe regulam & ſcholam virtutum, vt bene viuendo, normam aliis bene viuendi, & rectè per ſemitas iuſtitiæ ſe ipſam duceret, nec aliquando aborſum traheret: & ſic correctione in ſe ipſa præhabita in Dei & proximi dilectione vera humilitate: vitæ honeſtate, morum grauitate, diuini cult⁹ ſedulitate, victus & veſtitus parcitate fundata, ornamentorum, apparatuum, & familiarũ, & põparum elatiua ſuperfluitate reſtricta, ſcientię profunditate dotata, trabéque de oculo ſuo eiecta, quod diſtortum eſt prauúmq; reperiret in ſubiectis & inferiorib⁹ corrigeret, & etiam reformaret Chriſti exẽplo, qui prius cœpit facere ꝗ docere.

Humanũ gen⁹ quibus legib⁹ regatur.

Item quòd legem ſibi ipſi imponeret, ne tranſgrederetur contẽta in diuinis & humanis legibus approbatis, quibus genus debet per eam, & authoritate imperiali & regali gubernari humanum. Sed ea vſque ad ſanguinem obſer

uari mandaret,nec in contrarium diſpenſaret,nec priuilegia,nec indulgentias,nec exemptiones concederet,& cōceſſa in contrarium reuocaret. Nec dominus Papa ſine cōſilio fratrum aliquid ageret notabile,nec reuocaret à prędeceſſoribus ſuis rationabiliter cōſtituta vel conceſſa,nec veniri permitteret contra eccleſiaſticam libertatem.

Item cùm epiſcopi ſint in locum apoſtolorum,qui parē cum Petro honorē & poteſtatem acceperunt à Deo, quod non legūtur feciſſe curiales non epiſcopi, quòd eiſdem epiſcopis,archiepiſcopis metropolitanis, primatibus & patriarchis, abbatibus & aliis honorem debitum in ſcripturis,proceſsibus,ſedibus intra & extra eccleſiā & aliis,verbis & factis impenderet: & conſuetudines Romanæ curię & alias contrarias reuocaret,cùm honor ſit eccleſię ſupradictæ,& dehonoretur ex contrario,prout Grego. atteſtatur,& inde tota eccleſia vilipendatur,& quaſi contemptui habeatur.

Item quòd poteſtatem & iuriſditionem prædictis prælatis & curatis competētem, & attributa à Deo, apoſtolis, conciliis,Roma. pontificibus, & vniuerſali eccleſiæ in locis & plebibus eiſdem cōmiſsis dicta Romana eccleſia nō turbaret,nec vſurparet in cauſarum & appellationum cognitionibus, parochialium, & curatarum & non curatarū eccleſiarum,canonicatuum,perſonatuum, dignitatum,& prioratuū,& abbatiarū vacātium & non vacantiū: & quod amplius eſt epiſcopatuum & patriarchatuū,archiepiſcopatuum collationibus, reſeruationib⁹ & exampliationibus, cùm ex contrario totus ordo eccleſiaſticus confundatur.

Item quòd ſi aliquādo contingeret per ipſam Romanā eccleſiam aliquibus prouideri, nō prouideret indignis,illiteratis,inſufficientibus,neophitis,defectum ętatis patiētibus, non approbatis, criminoſis, nec talibus, qui ſecundum regulā apoſtolicam & canonicā eſſent à promotione & prouiſione repellendi, per ipſam Romanā eccléſiam,ſi per alios prouiſum fuiſſet eiſdem,& ad ipſam Rom. eccleſiam ſup hæc querela delata, ſed doctoribus bene literatis & bene meritis: nec aliis prouideri poſſet quandiu doctores remanerent improuiſi aliqua ciuitate vel diœce. *Qui nō debeant in eccleſia ꝓuideri.*

Item quòd dicta Romana eccleſia nõ ſolùm verbo, verumetiam facto à ſe repelleret omnem ſpeciem ſimoniæ, & turpium lucrorũ & inhoneſtorum, & omnes exactiões quæ ratione promotionum quarũcunque & ſcripturarũ, legatorũ curſorum, nuntiorum, & hoſtiariorum fuerit ab ea communiter vel diuiſim diuerſis coloribus exquiſitis: & quòd liberalem & facilem ad ſe præberent dominus Papa & cardinales acceſſum: & quòd dicti domini cardinales omnia in communi, & nulla eccleſiaſtica beneficia in ſpeciali haberent.

Circa decimas. Item quòd perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſtica bona, in conceſsibus decimarum & aliarum ſubuẽtionum quas facit regibus & principibus, qui oppidò infeſti ſunt, non grauaret, ſed contra dictos reges & principes & quoſcunque alios, per ſe & generales defenſiones in ſingulis prouinciis in iure ſuo toueat eoſdem.

Circa beneficia & officia. Item quòd dicta Romana eccleſia cardinalibus vel quibuſcunque aliis, nõ committeret, nec daret plura officia, nec cuiquam officium vel beneficium extra regnũ vel qui linguagium non loqueretur & intelligeret ſupradictum.

Circa lites terminandas. Item quòd in iuſtitia exibenda tantam & talem diligentiam exhiberet, quòd nullo modo terminatio alicuius cauſæ principalis vltra triennium, nec appellationes vltra biennium prorogari valerent, cùm in ipſa, lites quodammodo immortales exiſtant, & in ea amplius quàm in ſecularibus curiis prorogentur interdum: & quòd dicta curia Romana, ad ſe non trahat dictas lites.

Circa lites pauperum. Item quòd in cauſis pauperum & miſerabilium perſonarum deputaret certos auditores, aduocatos, procuratores, & tabelliões qui gratis abſque ſtrepitu & figura iudiciorum terminarent eaſdem.

Cõuocatio cõcilii. Item ꝙ nulla iura generalia deinceps cõderet, niſi vocato cõcilio generali, ꝙ de decẽnio in decẽniũ vocaretur: & ſicut ipſa Rom. eccleſia, q̃ bene & cõſultè fuerũt hactenus ſtatuta, in ſe ipſa ſeruaret, ita & ea faceret ab omnibus obſeruari, imponẽdo legẽ patriarchis & primatibus, ꝑ quã archiepiſcopos & metropolitanos: & eis ꝑ quã epiſcopos: & epiſcopis, per quã abbates, capitula, & omnes ſeculares,

& regulares perſonas in eorum ciuitatibus & diœceſibus conſtitutis, omnium conditione & appellatione ceſſantibus neceſſariò compellerent ad prædicta. Certis aliis nihilominus ſuper hoc executoribus & viſitatoribus deputatis in ſingulis regnis, qui de triennio in triennium, omnibus cauſis prouincialibus intereſſent, & vnum conciliũ poſt aliud facerent celebrari.

Item quòd dicta Romana eccleſia nullos laicos de parentela vel amicitia Romani pontificis, vel cardinalium, vel aliarum perſonarum eccleſiaſticarum exiſtentes ditari exaltari, & vltra eorum ſtatum de bonis eccleſiaſticis nobilitari & impinguari permitteret: & prout poſsibile eſſet attentata in contrarium reuocaret, & ſub diſpenſatiua venia relinqueret ratione ſcandali impunita. *Tãgit pa rẽtes pap. & car. nõ ditãdos de bonis eccleſiæ.*

Item quòd in foro pœnitẽtiali & pœnitentiarię eiuſdem Romanæ curię citra tranſgreſſores iuris publici, offenſores perſonarum eccleſiaſticarum & alios Dei eccleſiam ſcãdalizantes, facilitas relaxaretur veniæ. & circa abſolutiones talibus imponendas & pœnitentias iniungẽdas quãtum poſſet conformaret ſe conciliis & iuribus hactenus ſuper hoc cõſtitutis, & ſpecialiter circa enormia facta: & circa illorum abſolutionem qui contra proceſſus apoſtolicos vendendo prohibita participiant Sarracenis. *Tãgit hic pœnitentiariam.*

Item quòd nulla perſona eccleſiaſtica auderet intrare dictam Romanam curiam, nec in ea reciperetur, ſine literis commẽdatitiis epiſcoporum, nec in ea poſſet ſine cauſa rationabili vltra tempus ſex menſium immorari. *In curia Rom. non immorari.*

Item quòd de bonis eccleſiaſticarum perſonarum ſuperabundantibus, talis prouiſio fieret ſupradictę Romanę eccleſiæ, ꝙ abſq; omni taxationis nota & infamia poſſet cõmuniter & diuiſim honorabiliter viuere, onera incũbentia ſupportare, prouiſo tamen ꝙ vltra & contra prædicta, & alia quæ concilio rationabilia viderentur, contra diuinas & humanas leges non poſſet abſque generali concilio habenas extendere plenitudinis poteſtatis. *Plenitudo poteſtatis non eſt laxãda contra ſtatuta â concilio.*

Item ꝙ ſi dicta Romana eccleſia vacaret vltra tres mẽſes, quòd extunc cardinales eſſent eligendi poteſtate illa vice priuati. & ꝙ ad aliquos archiepiſcopos & epiſcopos *Circa deuolutionẽ papatus.*

& alios de quibus videretur expediens, illa vice deuolueretur eligẽdi poteſtas, vel quod aliud tale adhiberetur remedium vltra illud quod ſtatutum fuit à Gregor. x. ex neceſsitate cardinales concordare haberent.

Item quòd primatus dictę Romanæ eccleſiæ declararetur, & diſtingueretur per iura eccleſiaſtica & ſecularia: nec dominus Papa vocaretur vniuerſalis eccleſię põtifex, cùm hoc prohibeat Gregorius: & contra aliquem in dignitate conſtitutum non audiret aliquam querelam, niſi conditione & zelo querelantis exàminatis: nec aliquem perſonaliter citaret ad curiam, niſi prius ſummaria contra ipſum inquiſitione præmiſſa. Et quòd ad cõuincendũ epiſcopos cardinales, qui columnæ debent eſſe eccleſiæ, reciperet numerum teſtium in epiſtola Clementis contentum: nec per executores ſuos & conſeruatores & alios cẽſuram eccleſiaſticam infligi permitteret, ſine magnis & rationabilibus cauſis, & abſque monitionibus competẽtib' dilationem iuris cõtinẽtibus: & quòd in eis epiſcopis deferretur: nec interdicerẽtur eccleſiæ, niſi pro graui delicto clero & populo communiter eccleſiam ſcandalizante. Sed aliàs procederetur contra inobedientes vel rebelles.

Cenſuræ cũ maturitate ferendæ ſunt eccleſiaſticæ

Item plura ad reformationem dictæ Romanæ eccleſiæ pertinentia tacta ſunt ſuprà in tota prima partę huius tractatus. Et ad idem faciunt omnia quæ infrà ſubiiciũtur in duobus titulis proximis, de reformatione prælatorum & cleri. Et illa quę dicta ſunt in hac ſecunda partę in primis. x. titulis. & in xiii. xv. xviii. xx. xxi. ii. iii. ix. xxxi. xxxiiii. viii. xli. xlvii. l. lvi. vii. lxxiiii. lxxxiii. & iiii. xciii. & iiii. & v.

Titulus vigiſimuſoctauus.

De reformatione prælatorum.

AD hoc circa reformationem prælatorum ſeruari haberent omnia quæ in præcedenti tit. de reformatio. Romanæ eccleſiæ dicta ſunt, inquantum ſtatum & officium poſſunt tangere eorundem.

Item quòd haberent concilia prouincialia celebrare, & ad

& ad ea conuenire & inibi omnia ſtatum prouinciæ contingentia pertractare: & quæ corrigenda eſſent, in ea corrigere, & reformare, prout ſuperius tractatum extitit in xi. titulo ſecundæ partis.

Item quòd extra ciuitates, diœceſes, & ꝓuincias ſuas nõ commorentur, nec accedant ad curias principum, & quòd œconomos ex diſpenſatione habeant. Et quòd cõtra facta prædeceſſorũ ſuorũ rationabilia non veniant: & quòd ante ordinationem eorum omnia ad officium eorum pertinẽtia. Et quòd ipſi vel curia eorũ pro minimis vel irrationabilibus cauſis excommunicationis, ſuſpẽſionis & interdicti ſententias non ferant, quódque magiſtros ſufficientes in eorum ciuitatibus & diœceſibus ſcolares docentes in generalibus ſtudiis teneant. Diſcordantes ad concordiam reuocarẽt, & quòd defuncti epiſcopi per vicinos epiſcopos ſepeliantur: & ꝙ per eos ſtipendia eccleſiaſtica iuxta probitatis merita aſsignarentur. Et quòd tempore chriſmatis conficiendi & in ſolẽnitatibus ſe ab eorũ eccleſiis non abſentarent: & quòd procuratores in abſentia non recipiant, ſuáſque ciuitates, diœceſes & prouincias viſitarent: & eorũ officium in miſſarum ſolẽniis, prædicationibus, correctionibus & aliis adimplerent: eccleſiaſtica bona, & beneficia congruè diſpenſarent: ab omnibus exceſsibus in victu, veſtitu, ornatu & aliis ſimilibus ſe cohiberent. Semp in menſa coram ſe legi facerent, rochetos extra deferant ſup guarnachias eorum: inualidis & languidis prouiderent, hoſpitalia erigerent, & erecta fouerent.

Item ad dictam reformationem prælatorum faciunt illa quæ dicta ſunt ſuprà ſpiritualiter in xxxviii. titu. ſecundę partis. Et etiã in primo. vii. viii. x. xi. xiii. xvi. xvii. xviii. xx. xxiii. xxvii. xxix. xxx. xxxi. xxxvii. xliii. xlix. li. liiii. lxvi. lxvii. lxxiiii. lxxviii. lxxix. lxxxii. lxxxvi. vii. viii. ix. xci. Et inſuper omnia quæ dicuntur in ſequenti titulo.

Titulus vigeſimuſnonus.

De reformatione cleri.

AD cleri reformationem pertinent omnia quæ de reformatione Romanæ eccleſiæ & prælatorum præmiſſa ſunt in duobus præcedentibus titulis.

Item quòd inhoneſta & impia euellantur. Item quòd clerici ſeculares curas & negotia ſecularia non aſſumerēt. Item quòd inhoneſta & turpia lucra non ſectarētur. Item quòd nullus de clero mendicaret. Sed omnes priuſquam admitterentur ad clericum, haberent vnde viuerent: vel artem ſcribēdi ſeu aliam honeſtam artem de qua viuere poſſent, vel quòd de bonis eccleſiæ aſsignarentur redditus illis qui perpetuò vellēt clerici eſſe, & clericaliter viuere: & quòd aliter non admitterentur ad clerum, nec gauderent priuilegio clericali, cuius obtentu multas violentias committunt ſeculariter, inhoneſtè & irregulariter viuentes, & de diuinis officiis & literarum ſtudio non curantes.

Scire debet ad ſacros ꝓmouēdus quæ hic ponuntur.

Item quòd nullus promoueretur ad aliquos ordines ſeculares vel regulares, niſi ſecundum artem bene & competenter ſciret cantare & legere & latinum intelligere & cōgruè loqui: nec ad ſacerdotium niſi vltra prædicta ſciret canones pœnitentiales & illa quæ ſunt neceſſaria ad regimē animarum.

Item quòd nullo modo perſonæ eccleſiaſticæ cohabitarent cum mulieribus quotquot eſſent in vna parochia ſub diſciplina curati vel aliorum proborum inſimul viuerēt & erudirentur ſecundum prouiſionem primi capituli ſecundi concilii Toletani poſiti. xxviii. diſtinctio. de his. & xii. quæſtio. i. omnis ætas.

Item quòd omnes ſortilegi, diuinatores, adulteri publici, & alii de clero publicè delinquētes, publicè punirētur, taliter quòd cæteri formidarent. Item quòd in victu & veſtitu & in omni modeſtia ſtatum excederent laicorum.

Item quòd omnes homicidæ volūtarii & in caſu degradationis exiſtentes priuilegium perderent clericale.

Item quòd ludis inhoneſtis & reprobatis non intenderent: nec ſpectaculis & vanitatibus intereſſent.

Item quòd officium eccleſiaſticum vniformiter dicerent. Et quòd omnes diebus dominicis & feſtiuis ſimul ad diuina conuenirent: & quòd per eccleſias non diſcur-

rerent: nec abſque literis epiſcoporum euagari valerent.

Item quòd ab eis geniti in ſeruitutem redigerentur eccleſiæ.

Item quòd ſeruarētur plura alia ad dictam reformationem facientia, poſita ſupra in ſecunda parte in titulo primo. viii. x. xii. xiii. xiiii. xv. xvii. xviii. xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxvi. xxviii. & xxx. Et ſpecialiter in xxxii. & in xxxiii. & in xxxiiii. & xxxvi. xxxvii. & xliii. xlv. & vi. xlix. l. li. ii. lv. & vi. & lix. lx. lxii. lxiiii. & v. lxvii. viii. lxxiii. & iiii. vi. vii. & xciiii.

Titulus trigeſimus.

De reformatione religioſorum.

AD reformationem religioſorum ſimiliter faciunt illa quæ dicta ſunt in v. titulo. primæ partis huius tractatus, vbi agitur de exemptionibus, necnon & ſecundæ partis. liii. titulo. in quo tractatur de ſtatu & conditione dictorum religioſorum. & xcii. in quo agitur de abbatibus & prioribus. & lxxxv. in quo agitur de mēdicantibus. & xxii. iiii. v. viii. & xxxv. vi. lii. lxxix. lxxxiii. & viii.

Decimæ colluctationis aſſenſu moleſtis actibus quibus ſagax indagatio pietatis obuiaret decreuit non tam bene regenda licentia, quàm ſe manſuetudo impugnaſſe probatur, ſatis vt opinamur illi & glorioſi principis & decreto huius ſanctæ Sinodi contradictum eſſe conſpeximus. Ita enim ſanctus ſpiritus per vtráſque definitiones mortalium corda perflauit, vt vitali flatu verborum in poſterũ omnem exureret malè concupiſcentium rabiem animorum. Actum nanque eſt definitionibus ipſis, vt quia pietatis diuinę incomprehenſibilis natura ſe conditioni mortalium in vnione perſonæ coniunxit miſterio redemptionis humanæ. Nos quoque membra capitis huius & perfidiæ malum, & concupiſcentiam, quę radix omnium malorum eſt, & auaritiam quæ inuenitur ſeruitus idolorum pari ſimul igne ac mucrone totoq́; artificio radicitus euellamus ac deſecemus. Ab hinc ergo deinceps ita erũt in regni gloriā præficiēdi rectores, vt aut in vrbe regia, aut in loco vbi

Cõcupiſcē tia radix eſt omniũ malorum, & auaritia ſeruit idolorum.

princeps deceſſerit cum pōtificum maiorúmque palatii omnimodo eligantur aſſenſu, non forinſecus cœtu, aut conſpiratione paucorū, aut ruſticarum plebiū ſeditione tumultuoſa, ſed erūt fidei catholicæ aſſertores, eāque & hāc quæ imminet & Iudæorum perfidiam & cunctarum hæreſum iniuriam defendentes, erunt actibus iudices & vita modeſti, erunt in prouiſionibus rerū parci pluſquam extenti, vt factione ſcripturarū vel definitionum qualiūcunque contractus à ſubditis, vel exigāt, vel exigēdos intendāt, erunt in conquiſitis obligationis gratiſsime rebus nō proſpectātes proprii iura commodi, ſed conſulentes patriæ atque gēti. De rebus congregatis ab eis, illas tantùm ſibi vendicent partes, quas dictauerit authoritas principalis regum, quęcunq; inordinata reliquerint hæreditabunt ſucceſſores ꝓprii eorum, & ante regnum iuſtiſsimè conquiſita, aut filii aut hæredes capiūt iure proximitatis. De affinium ſucceſſione vel munere, quāuis inordinata relicta ſint, aut primò tantùm filiis, aut hęredibus, frequenter proficiant, vel propinquis, ita in eorum cunctis actibus, moribus atque rebus priuatę legis authoritas erit valitura, vt & perenniter maneat inconuulſa, & non prius regni apicem quiſque percipiat, quàm ſe illa per omnia ſuppleturum iuriſiurādi taxatione deffiniat, cui etiam lege vel decreto epiſcopalem nō ſolùm in futuro, ſed etiam in præſenti reuerentiam apponentes decernimus, vt quicunque detractor & non potius venerator decreti eiuſdem, atque legis eſſe maluerit, ſiue religioſus ille fuerit, ſiue laicus, nō ſolùm eccleſiaſtica excommunicatione plectatur, verumetiam & ſui ordinis dignitate priuetur.

Hoc eſt decretum vniuerſalis concilii editum in nomine principis.

SOliditatem reddidiſſe fracturę, atq; feciſſe cōſurgere quod extiterat colliſum, & incrementū eſt huius mercedis, & plenitudo cōſūmatę ꝑfectionis, ponderi enim collidentis ruinæ ſi æqualium proximorum cura cōuenit ob-

uiare, quandoque grandioris erit culpę prælibatę in curiæ diſcrimen incurrere, ſi non quo valent ex communi onere ſibi commiſſos procurent populos ſublimare. Properandũ ergo eſt inter ruinas colliſionum, cateruas eripere colliſorum, vt ex hoc iugiter & vltra, nec vigorem nocẽdi habeat execranda preſſura, & omnis cõpreſſus nouerit ſanctæ ſanctionis eſſe ſibi collata remedia. Cùm decurſis ergo tẽporibus, durę dominationis ſeſe poteſtas grauis attolleret, & in ſubiectis populis impiorũ dominatus non reformaret iura regiminis, ſed excidia vltionis, aſpeximus ſubditorũ ſtatum, non ex ordine vegetari rectoris, ſed deiici ex grauedine poteſtatis. Contraxerunt enim reges elata faſtigia in bifrõti diſsidio motionis, & aut in culpis lex ardua ſæuiebat, aut in ſpoliis fauorem lex volũtaria cõmodabat, inde mœſtos animos, non ſpes fouebat ex munere, ſed tollerãtia vexabat in funere. Vnde iã increpationis occurſuſ nõ tãtùm nos abire ſola ratio cogit, verũ & ipſa cõmotio rerũ impellit, vt ex omniũ annorũ deliberatione cõcordi illa maneat ſententia dicti, quæ & finem auſibus ritè ponat illicitis, & conſultum ſaluandis iure ferat populis. Quoſdam nanque conſpeximus reges præterquam fuerint regni gloriam aſſecuti, extenuatis viribus populorum regiæ propriæ lucrũ congerere, & obliti quòd reges ſint vocati, defenſionem in vaſtationem conuertunt: & vaſtationem defenſione pellere defugiunt, illud grauius innectentes quòd ea quæ videntur acquirere: non regni deputãt honori vel gloriæ, ſed ita malunt in ſuo iure confundi, vt veluti ex debito decernãt hæc in liberorum poſteritatem trãſmitti. Quamobrem in proprietatis illa conantur redigere ſinu, pro quo ſolo conſtat illos imperii percepiſſe faſtigium, & illud in iuris proprii collocant antro, quod populi vtilitatis acquiſitum eſſe conſtat obtentu. Nam nũquid ad illos, aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere ſenſus, niſi extitiſſent gloriæ ſublimati culminibus? Aut ab æqualibus illi potuerint rerum coaceruatione ditari, niſi per ſubiectos glorioſo apice potuiſſent attolli? Omĩa rectè totius plebis memoria ſubiecta principale caput reuelat, attentum debitæ iuſsionis obtutu ab illo negotiorum proſpectant reme-

Reges qd faciãt ponitur.

dium, cui modo gratum, modo debitum irrogant cēſum? Regalis proinde ortodoxa ſublimitas hæc cuncta ſibi debere conuincit, ex quo ſe regem recognoſcit, & inde conquiſita non alteri quàm ſibi iuſtè defendit. Vnde non perſonæ, ſed potentiæ ſubdi hæc debere non ambigit. Regem æterna iura faciunt, non perſona: quia non conſtat ſui mediocritate, ſed ſublimitatis honore. Quæ ergo honori debeant, honori deſeruiant: & quæ reges accumulant regno relinquant, vt quia eos regni gloria decorat, ipſi quoque regni gloriam non extenuent, ſed exornent. Qui itaque trabem geſtat in oculo, non poteſt feſtucam educere de oculo fratris ſui. Ex his vniuerſaliter inſtruens ſicut Grego. in morali. ait, vt qui ad aliena peccata reprehendenda vel punienda conſtituti ſunt, & ſua impunita relinquunt, reuocari debent intus ad conſcientiam, vt prius propria corrigant, & poſt ea aliena reprehendant: in grauib⁹ peccatis quis poſitus, dum ſuis prēmitur, aliena nō diluit. nec immunda manus ſordes diluere valet: propter quod ſcribit Auguſtin. quòd ſacerdos vt ſapiēs medicus & perfectus, prius debet peccata ſua diluere, & poſt ea aliena detergere & ſanare. Et beatus Ambroſius docet quòd ille de alterius errore inducet, qui non habet in ſeipſo quod cōdemnet, & qui non agit ea quę in alio putauerit puniēda, ne cùm de alio iudicat, in ſeipſo ſententiā ferat. Nam qui aliū docet, ſeipſum non docet: qui prædicat non furendū, furatur: qui dicit nō mœchandū, mœchař, q abominař idola, ſacrilegiū facit: & q in lege gloriatur, per præuaricationem legis dominum inhonorat, & per tales blaſphematur nomen domini inter gentes, ſicut ſcribit apoſtolus ad Roma. cap. ii. Tales nanque prælati & ſacerdotes (ſicut Gregorius ad Ianuarium ſcribit) ſunt laqueus iuuenum: & illi de quibus intelligi poteſt dictum Hierony. quòd veteres ſcrutans hiſtorias inuenire non potuit aliquos alios ſcidiſſe eccleſiam Dei, & de domo domini populum ſeduxiſſe, præter eos qui ſacerdotes à domino poſiti fuerant: & prophetæ, id eſt, ſpeculatores, verſi in laqueum tortuoſum, & in omnibus locis ponentes ſcandalum. Sequuntur enim (ſicut Beda in ſecūda epiſtola Petri, ſcribit) viam Balaā pro-

Regē æterna iura faciunt, non perſona.

Contentā hic faciat qui aliena peccata corrigere intendit.

Laqueus iuuenū qs dicatur.

Viam Balaā ſequi dicuntur.

phetæ ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ, quia ſubiugale mutum hominis voce loquens, eius perhibuit inſipientiam. Et ideo Iudæi, Pagani, Sarraceni & infideles qui ratione diuinæ agnitionis carent, & paſsim omnes peccatores & fideles talium diſtorta & Deo contraria itinera ſapiendo ſanius redarguũt & docti ab indoctis, & clerici à laicis exemplo aſinæ redarguuntur. In cuius ſignificatione per Ezechielem prophetam dominus dixit, A ſanctis meis incipite. Quod beatus Petrus conſiderans ait, Tempus eſſe vt iudicium incipiat à domo Dei: quia ſecundum Hieronymum non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, nec ſanctorum ſunt filii qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum. Et ideo non eſt facile ſtare in loco Petri & Pauli, & tenere cathedrã regnãtium cũ Chriſto. Nã licet ſanctum nemo dubitet eſſe, quẽ apex tãtæ dignitatis attolit, in quo ſi deficiant bona acquiſita per meritũ, ſufficiũt quæ à loci prædeceſſore teſtantur, non tamen habet priuilegium non peccandi, ſecũdum Simachum Papam. Et quia aliqua culpa vel negligentia aut remiſsio, ſi qua reperiretur in eo, ad mancipium gehennæ innumerabiles populos trahit. Nec huiuſmodi culpas iſtic redarguere mortalium vllus præſumit: quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi à fide deprehendatur deuius, ſicut Bonifacius Papa & martyr ſcribit, habet ſecundũ Nicolaum Papam & ſanctam ſynodum ſacroſancta eccleſia Romana in ſinu ſuo colligere cauſam ſuam, & in ſeipſa oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari. Nam oues paſtoris vocem audiunt, & præeuntis veſtigia ſubſequuntur.

A ſanctis meis incipite.

Papa à nemine eſt iudicandus, niſi à fide deprehendatur.

Titulus xxxi.

De modo generali, per quem uniuerſalis eccleſia deberet reformari, ſcilicet ut ſeruarentur iura, & reuocarentur in contrarium attemptata.

Porrò dicta vniuerſalis eccleſia, & etiam totus populus Chriſtianus, reformari poſſet & valeret ac de-

beret, ſi duo, a qbus ſecūdū Gelaſiū Papā principaliter hic mūd⁹ regit, videlicet autoritas ſacra pōtificū, & regalis poteſtas, humanū genus duob⁹ quibus ſalubriter poteſt regi: videlicet naturali iure contento in lege, & in euangelio, & moribus hoc eſt humanis legibus ſancti ſpiritus inſtinctu in canonibus apoſtolorum conciliis & à Romanis pontificibus & à catholicis principibus prælatis pro communi vtilitate gubernarent. Et quod contra ea, per eós vel per alios attemptata in contrarium prout melius, conuenientius, & abſque minori ſcandalo fieri poſſet, reuocarent corrigerent & emendarent. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus, & exemptionibus datis & conceſsis in contrarium per eoſdem. Non obſtantibus etiam quibuſcunque vſibus vel cōſuetudinibus contrariis, qui verius cenſendæ ſunt corruptelę. Et prouiderent, ne vno verbo & vno non obſtante, quæ multis ſunt excogitata vigiliis & matura deliberatione decocta, tollerentur & reuocarētur impunè. Nā quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas noſtri temporis (licet veneranda eſſet vetuſtatis authoritas) malè neglexit. Et cū magiſtrat⁹ ſpirituales & tēporales digeſti fuerint & diſtincti, vt alii maiores, alii medii, & alii minores exiſterent, & ad quoſque eorum, quæ ipſorum officiis appropriata fuerāt, pertinerent, & gradatim ad eorum officia pertinentia exercerent. Et quæ vni officio deputata fuerant, nequaquā ab alio turbarentur. Nouitas noſtri temporis ſub inquietudine degit: quia dictum gradū & ordinem derelinquit. Secūdū namq; Auguſt. minus ordinata inquieta ſunt: ordinata vero quieſcunt. Et ideo quia antiqua ordinatio de regimine mundi & eccleſiæ, & ſua vnicuique iuriſdictio à Romana eccleſia & præſidentibus non ſeruatur: & ordo eccleſiaſticus confunditur, ſicut Gregorius atteſtatur. Sed ad ſe, quæ ad minores, & medios pertinent, trahere volūt, vt in eis verificetur illud, Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, mundus turbatur vniuerſalis, eccleſia lęditur, & grauatur: & ordo eccleſiaſticus confunditur ſicut Gregorius atteſtatur. Et ſi forſan inferatur quòd legibus ſunt ſoluti, reſponderi poteſt quòd non diuinis,

Duob⁹ mūdus regi debet.

Iura obſeruētur communia.

Ordinata quieſcunt.

Principes à qbus nō

nec illis in quibus dominus vel eius apoſtoli & eos ſequẽ- tes ſanƈti patres ſententialiter aliquid diffiniuerunt. Sed eas vſque ad animam & ſanguinem confirmare debent, ſicut Vrbanus Papa atteſtatur. Chriſtus non venit ſoluere legem, ſed adimplere. In his ergo in quibus peccatum includitur nequaquam præſidentis authoritas excuſatur, ſicut Simachus Papa teſtatur: Quinimmo ſecũdum Hilariũ Papam, Maiori reatu delinquit, qui potiorum honorum fruitur, & grauiora facit iudicia peccatorũ ſublimitas peccantium, cùm homo Chriſtianus ſecundum Ioannẽ Chriſoſtomum propter altitudinem dignitatis cadat fortius in peccatum, & ſecundum Nicolaum Papam, deterius in populis prælati delinquunt: ac per hoc grauius quàm cæteri (ſecundum beatum Gregorium) puniuntur. Nam ſi peruerſa perpetrant & committunt, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Et ſi ad humanas leges contentas in conciliis & in ſacris canonibus conſideratio habeatur ad eorum obſeruationẽ ſecundum Gelaſium & Zoſimum, prima ſedes pre cæteris obligatur. Et voluntaria eorum trãſgreſsio in ſpiritum ſanƈtũ blaſphemia à Papa Damaſo iudicatur. Et Nicolaus Papa ſcribit, quod ridiculum eſt & ſatis abominabile dedecus, traditiones quas antiquis temporibus ſuſcepimus, infringi patiamur. Iuſtum namq; eſt ſicut Yſodorus tertio libro de ſummo bono teſtatur: principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodiẽda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam præbet, principes legibus teneri ſuis nec in ſe poſſe dãnare iura quæ in ſubditis conſtituuntur iuſtum eſt. Iuſta enim vocis eorum authoritas ſi quod populis prohibent ſibi licere non patiantur, In quo concordat etiam lex ciuilis: Nec negatur quin ſicut quædã ſunt quæ nulla poſſunt ratione conuelli, ſicut quin ſint multa alia ſemper conditione ſeruata, vt in his quæ vel dubia fuerint aut obſcura, id nouerimus eſſe ſequendum, quòd nec præceptis euangelicis contrarium, nec decretis ſanƈtorum patrum inueniatur aduerſum: Leo Papa teſtatur. Si quid autem pro remedio aut pro neceſsitate temporis ſtatuatur, ceſſante neceſsitate, ceſſare

ſunt ſoluti legibus.

Prælati & principes peccãtes graui' quã alii delinquunt.

Iuſtum eſt principes legib' obtẽperare ſuis.

Ceſſante neceſsita-

te, ceſſare debet quod vrgebat. debet pariter quod vrgebat, cùm alius ſit ordo legitimus, alia vſurpatio, prout Gelaſius atteſtatur. Conſideranda eſt itaque ratio æquitatis, vt ſacroſancta Romana eccleſia quæ iuſtitiæ mater eſt, in nullo ab ea diſſentire videatur, nec ita diuites aliquos faciat eorum inopiam releuando vt multos in paupertate deiiciat. Cùm ſecundum apoſtolum ad Corinthios, quod aliis eſt remiſsio, cæteris nõ debeat eſſe tribulatione nec omnia quæ licent expediant, prout idem apoſtolus atteſtatur.

Titulus xxxii.

De ſecundo modo reformationis eccleſiæ, ſcilicet, ut mala exempla & ſcandalizantia, & ad peccatum tendẽtia reſecarentur ab eccleſia Dei.

SEcundò poſſet vniuerſalis eccleſia reformari, ſi Romana eccleſia à ſe primò, & gradatim à platis & aliis mala exempla tolleret, ex quib⁹ ſcãdalizatur, & quaſi inficitur populus vniuerſalis, & nomen domini dominatores populi ſecundum Eſa. ex hoc ſinunt blaſphemari. Nã ſecundum Auguſti. nihil magis confundit eccleſiam Dei, vel ei officit, quàm dicere peiores ſunt clerici quàm laici. Prohdolor. quia videtur in ipſa eccleſia verificari dictum Eſaiæ. xxxiiii. in figuram Babylonicę ciuitatis glorioſæ in regnis & inclitæ in ſuperbia Caldeorum, de qua dicitur: Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum, & occurent dęmonia. Onocentaurus & piloſus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia & inuenit ſibi requiem. Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos. Illic congregati ſunt milui alter ad alterũ. Ex quib⁹ ſignãtur & ſignari poſſunt, vita & vitioſa exẽpla quæ ſunt in vniuerſali eccleſia reformanda, quæ poſſunt nomine & figura animalium ſeptem quæ dictus Eſaias propheta in ſupradicta authoritate exprimit, per quæ ſeptẽ peccata mortalia intelligere poſſumus, deſignari. Significatur namq; per ericium auaritia: ꝑ draconem ſuperbia: per piloſum luxuria: per lamiam guła: per leenam inuidia: per onocentaurum odium & ira, ꝑ

Dicere peiores ſunt clerici eccleſiæ Dei officit.

Peccata mortalia ſignantur.

ſtruthionem accidia: ſicut in eorum proſecutione apparebit inferius. Et niſi in hoc ſacro concilio prouideatur de competenti remedio in præmiſsis, quæ quaſi manifeſtè & notoriè in Dei eccleſia committuntur, fides (quæ ſecundum Iacobum ſine operibus mortua eſt) dicetur per fideles & infideles in prælatis & pſonis eccleſiaſticis (qui lux mundi eſſe debent, & lucernas bonorum operum geſtare in manibus) periiſſe. Cùm enim in ſacerdotibus fides ſit eligenda cum vita, ſi vita defuerit, fides meritum non habebit, ſicut Gregorius Franciæ Regi, ſcribit. Et elapſo & tranſacto præſenti ſacro concilio, in omni ſtatu reformatione carente, niſi reformatio debita facta fuerit incorporaliter, peiora prioribus ſubſequētur. Et omnia imputabuntur domino noſtro ſummo pontifici, eiúſque venerabili collegio, & huic ſacro concilio, qui poſſunt & debent corrigere ſupradicta & obuiare eiſdem. Scribit enim Gregorius. Simicuſano epiſcopo, quòd ſi negligenter ea quæ malè vſurpantur corrigere omittimus, exceſſus viam aliis aperimus. Et Leo Papa dicit, quòd inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides negligentéſque rectores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem diſsimulant adhibere medicinam. Et Ioannes Papa octauus ſcribit, quòd facientium proculdubio culpam habent, qui quod poſſunt corrigere negligunt emendare. Et negligere, cùm poſsint, perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fauere impietati eorum. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et probatur odiiſſe vitia q damnat errantes, ſecundum autem Gregorium cōſentire videtur erranti qui ad reſecanda quæ debent corrigi non occurrit. Et ſecundum Innocentium Papam, error cui nō reſiſtitur, approbatur. Et veritas cùm minimè defenſatur, opprimitur. Negligentia autem prædicta corrigere in prę latis mortale peccatum eſt, & depoſitiónem inducit, ſicut iura teſtantur. Vnde Calixtus Papa ait, ſi eccleſiaſticam ſollicitudinem vigoremque negligimus, perdit deſidia diſciplinam, & animabus profecto fidelium nocebitur.

hic per animalia.

Quibus imputetur diformatio.

Negligentia multū hîc detestatur.

Titulus xxxiii.

De auaritia & ambitione, & quæſtibus & ſimonia, & muneribus.

Eccleſia hic multũ arguitur & de multis.

SAnè quòd reproba exempla ambitionis cupiditatis & auaritię publicæ vocentur & arguantur per fideles & infideles in Romana & etiam in vniuerſali eccleſia, euidẽter demonſtrant quęſtus & munera, quæ pro eccleſiaſticis beneficiis, dignitatibus, & officiis recipiuntur & dantur, in animarum dantium & recipientium detrimentum, in peccatum ſimonię, quã vtriuſque pagina teſtamenti deteſtatur, & quæ eſt, & reputatur hæreſis. ad idem pertinent quæſtus qui fiunt per legatos & nuntios, & familiares apoſtolicæ ſedis, & per illos qui in domini Papæ & prælatorũ ſeruitiis cõmorantur. Ad idem pertinent tallię, ſubiectiones, ſubſidia, procurationes in abſentia, emolumenta ſcripturarum & ſigillorum quæ exiguntur, recipiuntur & leuantur à prælatis ſuperioribus & inferioribus eorundem. ad idem quęſtus indulgentiarum, priuilegiorum, diſpenſationum & exactionum. Ad idem ſpectãt multiplicationes beneficiorum eccleſiaſticorum & penſionum, quæ indebitè vni committuntur, & conferuntur perſonę. Ad idẽ exemptiones munerum, venditiones iuriſditionum, lucra turpia & inhoneſta negotiationum ſecularium, & mercationum, quarum multæ ad ſpeciem vſurariam, quam mercatores eccleſiaſticarum perſonarum pecunias tenẽtes exercent dietim, pertinent. Ad idem pertinent eleemoſinarum defraudatio, hoſpitalitatis reſtrictio, munerum eccleſiaſticarum perſonarum ad cultum diuinum deputatarum diminutio, prælatorum & curatorum in ſolennitatibus & aliis eccleſiaſticis ciuitates & loca ſua fugientium, euagatio. Ad idem pertinet argumentum ſatis de nouo in Romana curia introductum, de his quæ pro bulla, ſcripturis & aliis quibuſcunque quæ conſueuerunt in ea ab antiquo perſolui. Super quibus omnibus eſſet de competentibus & contrariis remediis (cùm ſecundum phiſicorum aſſer-

Medicina fit per cõ-

tionem, medicina fiat per contrarium) ſalubriter in hoc ſacro concilio prouidendum. Nam in omnem terram in qua exiuit ſonus apoſtolorum, ſancta Dei eccleſia, & potiſsimè ſacroſancta Romana infamata eſt: & vulgariter cuncti clamant & refricant quòd in ea &c. Omnes à maiori vſque ad minorem auaritiæ ſtudēt. Ex quo autem in eccleſiis, ſicut in Romano imperio creuit auaritia, perit lex de ſacerdotibus, & viſio de prophetis, ſicut Hieronim⁹ ad ruſticum Narboneñ. epiſcopū ſcribit: Nec mirū quod ſecundum Gregorium bonorū authori inhærere aliter nō valemus niſi cupiditatem à nobis quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus. Et ideo ſecundū Leonem Papam, virum catholicū & pręcipuè domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſacra ſcriptura Eccleſiaſt. xviii. Poſt concupiſcentias tuas ne eas. Mens etiam, vt idem Leo ait, potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis, nec pietati adhibere conſenſum. Nam ſicut hi qui per inſaniā mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed phantaſias paſſionis ſuæ vident, ita & mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt: & gratius intuetur aurū quàm ſolem: ipſa eius oratio & ſupplicatio ad Deum aurum quęrit: ſempérque redditus computat, ſicut beatus Ambroſius probat. Tali autē, ſicut Auguſtinus ad Macedonium ſcribit, totus mundus diuitiarum non eſt obolus, à talibus ſecundum Iſidorum, citò auro iuſtitia violatur. Et pauper dum non habet quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur: nullámque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. Craſſus aurum ſitiuit, & aurū bibit, & æquè auro periit vt veneno, quod eſt exemplum omnibus aurum deſiderantibus formidandum. Hęc igitur auaritia per ericium figuratur cōgruè, quia eſt animal figuratum ſpinis, diuitias (vt Chriſtus in euangelio ait) ſignificantibus: per quarum acquiſitionem in laqueum diaboli, ſecūdum Apoſtolum, inciditur: & cum eis homo à diabolo capitur, ſicut ericius dum in ſpinis fructibus oneratur: de quo ericio Eſaiæ xiii. perdam Babilonis

trarium.

Eccleſia Ro. infamata per q̄ dicatur.

Mens auari quid faciat ponitur.

Pauper nō ſolùm non auditur, ſed etiā opprimitur.

Ericius cōmemoratur.

reliquias,& ponam eam in poſſeſsionem ericii,& Sopho-nias,accubabunt in medio eius omnes beſtiæ & ericius.

Titulus xxxiiii.

De ſuperbia,elatione,& põpis eccleſiaſticis,& nimiis & uariis apparatibus & cõuiuiis uitãdis:& ꝙ taxaretur cer tus numerus euectionũ familiarium & modus ornatuum.

QVòd pernitioſa exempla elationis & ſupebię,maniſeſtè tam in capite quàm in membris, in Dei naſcantur eccleſia,cũm probent exceſſus notorii veſtium,ornamentorum, ſocietatum, familiarum , equorum, armorum, verborum, & factorum: quibus ſtatus eccleſiaſticus extollitur,ſe quibuſlibet præferẽdo,aliorum vitam & merita deprimẽdo, & obumbrando ſe ipſos,cõmendãdo improbos & defendendo:ſancta indignis committendo,malos pro bonis & bonos pro malis approbando,prout Ambroſiꝰ in libro de officiis atteſtatur,Remedium eſſet,quòd taxaretur certus numerus euectionum , & familiarium,& modus ornatuum.Ad idem pertinet quia ex dictis elatione & ſuperbia contra doctrinam Brachareñ.concilii,ſubditi non leuiter caſtigantur,ſed cum aſperitate nimia(cõtra admonitionem Apoſtoli qui ait,argue,obſecra,increpa in omni patientia & doctrina) immo aſperrimè puniuntur: & aliqui ſuperiores ita volunt pro modicis exceſſibus in eorum ſubditos(licet oneratos)pœnis efferueſcere,ſicut latrocinantium poterant promereri perſonæ: nec ſeruatur inſtructio Leonis Papæ dicentis,quòd licet nonnunquam accidant quæ in ſacerdotum ſunt reprehendẽda perſonis , plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia,quàm ſeueritas:plus coarctatio,quàm comminatio: plus charitas,quàm poteſtas. Sed ab illis,qui quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti,facilè ab hac lege diſceditur:& dum dominari magis,q̃ conſulere ſubditis placeat,honor inflat in ſuperbiã,& quod prouiſum eſt ad cõcordiam, tendit ad noxã.Iſti ſunt quibus Dominus loquitur per Ezechi.prophetam dicẽs, Vos cum aſperitate imperabitis eis, & cum potentia. Nam(ſicut Grego.in moralibus exponit)cũ au-

Erga corrigendos quomodo debeat ꝓcedi.

ſteritate & potentia imperant,qui ſubditos ſuos non tranquillè ratiocinando corrigere,ſed aſperè inflectere dominãdo feſtinãt. Tales nãq; in quodã ſibi vidẽtur ſummitatis culmine reſidere,& infra ſe poſitos deſpiciũt,quib⁹ frequẽter in cõſulẽdo loqui,ſed vix dominãdo dignãtur: nec imitãtur(ſicut deberẽt filii chariſ.)exẽplum Chriſti, in Matt. xi.c.dicẽtis, Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Vnde verẽdum eſt, ne cũm Nabuchodonoſor de eius gloriãte potentia,in mẽtem beſtialẽ mutentur. Sed vtinã cum eo pœnitentiam agãt,ne cũ elationis & ſuperbię principe recipiãt portionem. & hoc tãgit ſpecialiter in Rom. curia exiſtẽtes,qui prelatos ſucceſſores apoſtolorũ,& alios ſecũdũ ſtatus eorũ exigẽtiam nõ honorant, quinimmo contẽnunt,& vilipẽdunt eoſdẽ,ſe eis in ſedibus & aliis indebitè præferẽtes, minus prouidè attẽdentes ſentẽtiã Domini in Matt. & Luc. dicẽtis de apoſtolis: quod Anacletus Pap. ad eorũ ſucceſſores extẽdit. Qui vos recipit,me recipit: & qui vos honorat,me honorat: & qui vos ſp̃nit,me ſpernit. Qui autẽ eum ſpernit, ſpernetur à Domino, cũ ſpernãt eum. ſ. Chriſtum, à quo primò in nouo teſtamẽto cœpit pontificatus,& eccleſię venerãda poteſtas. Sed vtinãm noſtris tẽporibus non vidẽdum,quòd in eccleſia catholica, ſicut dudum fuit & Greca factũ, niſi de alio prouideatur remedio per Roma. eccleſiam humiliantẽ ſe ipſam & aliarum iura non vſurpantem illud dictũ oratoris Domitii,Cur ego, in quam,te habeã vt principẽ, cùm tu me nõ habeas vt ſenatorẽ. Hæc igitur ſuperbia figurata eſt per draconẽ, qui maximus eſt cũctorũ ſerpẽtiũ ſiue animãtium ſup terram,qui ſępe à ſpelũcis abſtract⁹ fertur in ærem. Sic & p̃lati multis eccleſiæ dignitate,& poteſtate,nobilitate,& diuitiis,maiòres cæteris, à ſpelũcis domorũ paternarũ abſtracti,& poſtmodũ in eccleſia ſublimati in ære vanę gloriæ & ſuperbiæ eferũtur: quos quaſi quãdã peſtẽ,imò verã peſtẽ faſtidiẽs Hiero. aſſerit fugiẽdos. quib⁹ in Ezechiel. dicit, Aſſimilatus es draconi: nã vẽtilabas cornu in fluminib⁹ tuis. talib⁹ draconibus formidãda eſt ſententia Pſalm. dicẽtis, Dilecto contribulaſti capita draconũ in aquis, dediſti eum eſcam populis Aethiopum, id eſt dæmonum.

Mutari in mentem beſtialem.

Põtificat⁹ & eccleſiæ poteſtas à Chriſto in nouo cœpit teſtamẽto.

Dictum Domitii oratoris.

Prælati à ſpeluncis procedunt

reliquias,& ponam eam in poſſeſsionem ericii,& Sophonias,accubabunt in medio eius omnes beſtiæ & ericius.

Titulus xxxiiii.

De ſuperbia,elatione,& põpis eccleſiaſticis,& nimiis & uariis apparatibus & cõuiuiis uitãdis:& ꝙ taxaretur certus numerus euectionũ familiarium & modus ornatuum.

QVòd pernitioſa exempla elationis & ſupebię,manifeſtè tam in capite quàm in membris, in Dei naſcantur eccleſia,cũm probent exceſſus notorii veſtium,ornamentorum, ſocietatum, familiarum , equorum, armorum, verborum, & factorum: quibus ſtatus eccleſiaſticus extollitur,ſe quibuſlibet præferẽdo,aliorum vitam & merita deprimẽdo, & obumbrando ſe ipſos, cõmendãdo improbos & defendendo:ſancta indignis committendo,malos pro bonis & bonos pro malis approbando,prout Ambroſi⁹ in libro de officiis atteſtatur,Remedium eſſet,quòd taxaretur certus numerus euectionum , & familiarium,& modus ornatuum. Ad idem pertinet quia ex dictis elatione & ſuperbia contra doctrinam Brachareñ.concilii,ſubditi non leuiter caſtigantur,ſed cum aſperitate nimia(cõtra admonitionem Apoſtoli qui ait,argue,obſecra,increpa in omni pátientia & doctrina) immo aſperrimè puniuntur: & aliqui ſuperiores ita volunt pro modicis exceſſibus in eorum ſubditos(licet oneratos)pœnis efferueſcere,ſicut latrocinantium poterant promereri perſonæ: nec ſeruatur inſtructio Leonis Papæ dicentis,quòd licet nonnunquam accidant quæ in ſacerdotum ſunt reprehendẽda perſonis , plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia,quàm ſeueritas:plus coarctatio,quàm comminatio: plus charitas,quàm poteſtas. Sed ab illis,qui quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti,facilè ab hac lege diſceditur: & dum dominari magis,q̃ conſulere ſubditis placeat,honor inflat in ſuperbiã,& quod prouiſum eſt ad cõcordiam, tendit ad noxã. Iſti ſunt quibus Dominus loquitur per Ezechi. prophetam dicẽs, Vos cum aſperitate imperabitis eis, & cum potentia. Nam(ſicut Grego. in moralibus exponit)cũ au-

Erga corrigendos quomodo debeat ꝑcedi.

ſteritate & potentia imperant, qui ſubditos ſuos non tranquillè ratiocinando corrigere, ſed aſperè inflectere dominãdo feſtinãt. Tales nãq; in quodã ſibi vidẽtur ſummitatis culmine reſidere, & infra ſe poſitos deſpiciũt, quib⁹ frequẽter in cõſulẽdo loqui, ſed vix dominãdo dignãtur: nec imitãtur (ſicut deberẽt filii chariſ.) exẽplum Chriſti, in Matt. xi. c. dicẽtis, Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Vnde verẽdum eſt, ne cum Nabuchodonoſor de eius gloriãte potentia, in mẽtem beſtialẽ mutentur. Sed vtinã cum eo pœnitentiam agãt, ne cũ elationis & ſuperbię principe recipiãt portionem. & hoc tãgit ſpecialiter in Rom. curia exiſtẽtes, qui prelatos ſucceſſores apoſtolorũ, & alios ſecũdũ ſtatus eorũ exigẽtiam nõ honorant, quinimmo contẽnunt, & vilipẽdunt eoſdẽ, ſe eis in ſedibus & aliis indebitè præferẽtes, minus prouidè attẽdentes ſentẽtiã Domini in Matt. & Luc. dicẽtis de apoſtolis: quod Anacletus Pap. ad eorũ ſucceſſores extẽdit. Qui vos recipit, me recipit: & qui vos honorat, me honorat: & qui vos ſpnit, me ſpernit. Qui autẽ eum ſpernit, ſpernetur à Domino, cũ ſpernãt eum. ſ. Chriſtum, à quo primò in nouo teſtamẽto cœpit pontificatus, & eccleſię venerãda poteſtas. Sed vtinãm noſtris tẽporibus non vidẽdum, quòd in eccleſia catholica, ſicut dudum fuit & Gręca factũ, niſi de alio prouideatur remedio per Roma. eccleſiam humiliantẽ ſe ipſam & aliarum iura non vſurpantem illud dictũ oratoris Domitii, Cur ego, in quam, te habeã vt principẽ, cùm tu me nõ habeas vt ſenatorẽ. Hæc igitur ſuperbia figurata eſt per draconẽ, qui maximus eſt cunctorũ ſerpẽtiũ ſiue animãtium ſup terram, qui ſępe à ſpelũcis abſtract⁹ fertur in ærem. Sic & plati multis eccleſiæ dignitate, & poteſtate, nobilitate, & diuitiis, maiores cæteris, à ſpelũcis domorũ paternarũ abſtracti, & poſtmodũ in eccleſia ſublimati in ære vanę gloriæ & ſuperbiæ eferũtur: quos quaſi quãdã peſtẽ, imò verã peſtẽ faſtidiẽs Hiero. aſſerit fugiẽdos. quib⁹ in Ezechiel. dicit, Aſsimilatus es draconi: nã vẽtilabas cornu in fluminib⁹ tuis. talib⁹ draconibus formidãda eſt ſententia Pſalm. dicẽtis, Dilecto contribulaſti capita draconũ in aquis, dediſti eum eſcam populis Aethiopum, id eſt dæmonum.

Mutari in mentem beſtialem.

Põtificat⁹ & eccleſiæ poteſtas à Chriſto in nouo cœpit teſtamẽto.

Dictum Domitii oratoris.

Prælati à ſpeluncis procedunt

Titulus xxxv.

De luxuria, inordinatione, & cohabitatione clericorum & mulierum, & uoluptatibus euitandis.

QVód pernitioſa exẽpla luxuriæ à clero populus recipiat Chriſtianus, teſtimoniũ perhibent gradientes filii ſuper terram, ſicut Grego. de Ioanne diacone Neopolitanis ciuibus ſcribit. Et rubri. de filiis presbyterorum, & de cohabitatione clericorum & mulierum. Et licet multę ſuper innouatione ordinis clericorum hactenus ęmanauerint ſententiæ patrum, nihilominus ipſorũ quæuis correctio morum quáquam vltimò illata fuerit, nõ ſolùm in authores ſcelerum, verumetiam in progeniẽ damnatorum protenditur, ſicut in Toleta. concil. continetur. Nempe cùm difficile ſit inter prunas & flammas igneas, ſiue quodammodo impoſsibile, nõ exuri, cùm omnis ætas ab adoleſcentia in malum prona ſit, & procliuis ſit curſus ad voluptates naturáque imitatrix ſit vitiorum, fomẽſque peccati, & ſtimulus Sathanæ ei cohæreant: & difficile ſit cõtinere, paucíq; ſine vitio carnis reperiantur, ſicut Grego. Secundino epiſco. ſcribit: luxuriæ carníſque vitio incentiuum tribuit: quia remedia quę hactenus ſuper à ſanctis conciliis, ſanctis patribus, & Romanis põtificibus ſtatuta ſunt, non ſeruãtur. Sicut eſt illud ab omnibus conſtitutum, quòd habitatio mulierum & prædictarum perſonarum euitetur. In tertio nãque cap. Niceni concil. extitit ordinatum ſiue conſtitutum. Neque epiſcopo, neq; preſbytero, neque diacono, neque vni clericorum, omnino licere habere ſecũ mulierem extraneã, niſi fortè mater, aut ſoror, aut auia, vel amita, vel matertera ſit: quia in his ſolis perſonis & harũ ſimilibus omnis quę ex mulieribus eſt ſuſpitio declinatur. Et qui præter hoc ageret, periclitaretur de clero. Et idem in effectu conſtitutum fuit in iii. & iiii. capitulis ſecũdi concil. Agatheñ. & in x. & xi. cc. concil. Arelatheñ. & in xxv. c. concil. Aureli. & in xxvii. c. cõcil. Elibertani. & in xvi. c. concil. Hilerdeñ. & in ii. c. conci. Tole. & in xlii. & xliii. cc. quarti conci. Tole. & xxxii. c. quarti

Pauci ſine vitio carnis reperiuntur.

Clericus quas mulieres ſecũ habere poteſt.

c.quarti concilii Bracharenſis,plus etiam fuit in primo ca. Terraconeñ.concilii conſtitutũ,quòd clerici ad proximas ſanguinis,ſine teſtimonio non accederent. Et ſecundũ Augu.omnes q̃ cũ ſorore mea ſunt,ſorores meæ non ſunt. Ad idem concilium Hierony.dicentis Hoſpitiolum tuum aut raro,aut nunquam mulierũ pedes tangat,vel teratur: quia non poteſt toto corde habitare cum Deo,qui fœminarum acceſsibus copulatur.propter quod Grego.in iiii.dyalog. commendabile exemplum ponit de presbytero, qui preſbyteram ſuam, ante ſuſceptores ordines in coniugem habitam ex tempore accepti ordinis,vt ſororem,diligens,ſed quaſi hoſtem cauẽs,ad ſe accedere propius ſibíque appropinquare occaſione aliqua non ſinebat.

In Agatheñ.concilio extitit ordinatum vel cõſtitutum, quòd presbyteri & alii qui duxendi vxores licentiam non habebant, alienarum nuptiarum conuiuia euitarent: nec illis immiſcerentur cœtibus,vbi amatoria cantarentur,aut obſcœni motus corporis choreis & ſaltationibus efferunt, ne auditus & obtuitus ſacris miſteriis deputatus turpium ſpectaculorum atque verborum contagione pollueretur. In Laodiceñ.concilio extitit conſtitutum, quod clerici & miniſtri altris ſpectaculis aut nuptiis non intereſſent. Et ad idem concordat.xiii.cap.concilii Carthagineñ.v. cap. concilii Arelateñ. & etiam adiicitur quòd qui in theatris conueniunt,excommunicentur:& idem in lix.cap.iii.cõcilii Bracharenſis. *Clerici nõ interſint nuptiis nec ſpectaculis*

Item Iſidorus de vita clericorum ſcribit.xxiii.diſti. his. quòd dicti clerici à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſe abſtineãt,non ſpectaculis,non pompis interſint. Et quòd conuiuia publica fugiant,priuata nõ tantùm pudica ſed ſobria colant:vſuris nequaquam incũbant, neque turpium occupationibus lucrorũ,non fraudibus cuiuſcunque ſtudium appetant:amorem pecuniȩ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant,& ſecularia officia,negotiáque abnuant, honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiãt. Pro beneficiis medicinæ Dei,munera non accipiãt:Dolos & cõiurationes caueant,Odiũ,emulationes, obtrectationes atque inuidiã fugiant:nõ vagi oculis, non effreni lin-

O

gua, aut petulantia fluidóque geſtu incedāt, ſed p udorem atque verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſúq; oſtēdāt, obſcœnitatem verborum & membrorum ſicut & operum penitus execrentur, viduarum & virginum frequentationes penitus fugiant, contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant. Caſtimoniam quoque inuiolati corporis perpetuò conſeruare ſtudeant, aut certè vnius matrimonii vinculo fœderētur: ſenioribus quoque debitā prębeant obedientiā, neque vllius iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant: doctrinæ lectionibus, pſalmis, hymnis & cāticis exercitiò iugiter incumbant. Tales enim eſſe debent, qui diuinis cultibus ſe eſſe mācipandos ſtudent, ſcilicet, vt dum ſciētiam operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent. In concilio etiam Maneteń. conſtitutum fuit, quòd dictæ perſonæ eccleſiaſticæ plauſus & riſus inconditos agere, aut fabulas inanes referre aut cantare nō præſumerent: nec turpia ioca ante ſe fieri paterentur, nec laruas dęmonum ante ſe deferri conſentirent. Et quòd in menſis honeſtè conuerſarentur, & ſobriè viuerent & comederēt. Cùm itaque vitæ mundicia eſſet præ cæteris in his qui ferunt vaſa domini, ſicut ipſe dominus per Eſa. prophetam præcipit, requirenda, eſſet plurimùm ad refrenandū in ordinationem & luxuriam ſtatus eccleſiaſtici vigilandū. Hęc autem luxuria à prædicto Eſaya propheta figurata eſt per piloſos quorum alter clamabat ad alterum. Piloſi enim ſecundum ſeptuaginta interpretes & ſecundum Iſidorū ethimolog. ſunt dæmones incubi ab incubādo dicti: quia ſunt improbi & interdum cubant cum mulieribus: per quos rectè qui luxurioſè agunt in eccleſia & ſpiritu maligno ducuntur, qui ſpirituales eſſe deberent, ſignificari poſſunt ſimiles Eſau, de quo in Geneſi dicitur quòd piloſus erat. Et tales ſunt Deo odibiles, ſicut & ipſe Eſau fuit, de quo ſcribitur, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.

Agenda à clericis hic deſcribuntur.

Piloſus quis dicatur.

Titulus xxxvj.

De gula, ebrietate, & comeſſationibus, & ferculorū multiplicitate, & ſuperabundantia reſecandis & cohibendis.

QVòd pernicioſa exempla peccati gulæ vniuerſus populus Chriſtianus à clero recipiat, in aperto apparet, cùm dictus clerus lautius & ſplendidius & pluribus ferculis quàm faciant reges & principes dómini cõtra honeſtatem eccleſiaſticam, & clericalem regulã, & doctrinam conſtitutam à ſanctis patribus conuiuentur. In regula apoſtolica ad Titum tradita continetur, quòd promouẽdus ſit ſobrius & non vinolentus. Et hoc fortè quia ſicut Hierony. ait, Venter mero eſtuãs, citò deſpumat in libidinem. & vbi ebrietas, ibi libido dominatur & furor. Luxurioſa res eſt ſecundum eundem, vinum, & contumelioſa ebrietas: & omnis qui cum his immiſcetur, non erit ſapiens: propter quod ſpõſa Chriſti vinum monetur fugere, vt venenum. In veteri teſtamento miniſtri templi vinum & ſiceram bibere prohibebãtur, ne ebrietate grauarentur corda eorum, & vt ſenſus eorũ ſemper vigeret & tenuis eſſet. Noe enim nudauit femora. Et Loth quem Sodoma nõ vicit, vina vicerũt. Apoſtolus autem ſcribit ad Romanos, ad exordium conditionis humanæ proſpiciẽs, Bonum eſt, vinum non bibere, & carnes non comedere, vinum enim cũ carnibus poſt diluuium dedicatum eſt. Secundum Ambroſium, ſexto die, beſtiæ ſunt createç, & cum eis orta eſt edendi poteſtas, & vſus eſcarum. Vbi cibus cœpit, ibi factus eſt finis mundi: vnde per cibos mundus habet minui, per quos deſinit augeri. Non eſſet ſeruitus, ſi ebrietas nõ fuiſſet. In canonibus apoſtolorum epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ atque ebrietati deſeruiens, ſi non deſinat, condemnatur. Subdiaconus, lector, aut cantor ſimilia faciens, & non deſinens, communione priuatur. & ſtatuitur, vt ille quem ebrium fuiſſe cõſtiterit triginta dierũ ſpatio à communione ſubmoueatur, aut corporali ſupplicio ſubdatur. Cum autẽ vinolẽtus eſſe prohibetur miniſter eccleſiaſticus, gulę intemperantiã nequaquã habere permittitur. Nã ſicut ebrietas, ita & voracitas prohibetur: & vtrũque inter opera tenebrarũ apoſtolus ad Rom. cõnumerat, dicens, Non in comeſſationibus & ebrietatibus &c. Ventris nanque ingluuies ad luxuriã facilè prouocat: & omne opus bonũ diſſoluit, vnde venter & genitalia ſibimetipſis

Vinum ꝓhibetur eccleſiaſticis uiris ut uenenum.

Seruitus nõ eſſet ſi ebrietas nõ fuiſſet.

vicina ſunt,vt ex vicinitate membrorum intelligatur cōfederatio vitiorum. Venter cui coquorum multitudo deſeruit,ędificia virtutum ad ſolum redigit. Sacerdoti ſecūdum Hieronymū de altario viuere licet, non luxuriari permittitur: perſonis eccleſiaſticis tabernas, niſi cauſa neceſſitatis intrare, in Laodiceñ. & Carthaginenſi conciliis eáſque tenere in vi. ſynodo prohibetur.

A crapula & ebrietate in generali, concilio abſtinere iubentur clerici vniuerſi. ſuper Micheam prophetam ſcribit Hieronymus ꝙ eccleſiæ principes qui delitiis affluunt, & inter epulas atq; delitias pudicitiā ſeruare ſe credunt, propheticus ſermo dicti Micheę prophetę deſcribit, quòd eiiciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lautiſq; cōuiuiis, & multo labore conquiſitis epulis in tenebras exteriores vbi erit fletus & ſtridor dentium. Nam confuſio & ignominia eſt Chriſtum crucifixum pauperem & eſurientē fartis corporibus prædicare, & ieiuniorum doctrinam rubentes & tumētia ora proferre. Inferens idē Hieronymus, ꝙ ſi in apoſtolorum loco ſumus, non ſolùm ſermones eorū imitemur, ſed conuerſationem & abſtinentiam. Eſſet itaque ſuper ſobrietate & parcimonia ſeruandis in ſtatu eccleſiaſtico prouidēdum, cum magna pars eccleſiaſticorum reddituum in exceſſiuis conuiuiis & comeſſationibus expendatur. Vnde verendum eſt ꝙ Deus propter hæc & alia contra eccleſiam & eius miniſtros iraſcatur, & quòd eam permittat deprimi, ſicut fecit Iudæos. Hæc autem guloſitas à dicto propheta per miluum congruè deſignata eſt. Cùm ſecūdum Iſidorū, miluus inter alias aues mollis & voraciſsimus & rapaciſsimus deſcribatur: & inter immunda animalia in Leuitico & in Deuterono. figuratus, guloſos molles & mollia diligentes, eſcarum voratores & deuoratores qui immūdi ſunt, vt ſuprà probatū eſt, competenter deſignans. Remedium bonum eſſe videtur, ꝙ ſtatueretur ne vltra tria fercula miniſtrarentur nec in dictis tribus ferculis in quantitate excederent, nec in quolibet ferculo diuerſas ſpecies comeſtibiliū apponerent, ſicut frequenter faciunt capones, perdices, faſianos, cuniculos & lepores in vno inciſorio, in tanta copia miniſtrando, ꝙ de hoc quod in vno inciſorio po-

Milui natura hic ponitur.

nitur, poſſet ſufficienter ſeruiri.xi.vel xii.pſonis. Et quod circa miniſtrationẽ vinorum, confectuum & ſpecierum: & exceſſuũ veſtium in ipſis & familiaribus eorundẽ, modificatio haberetur in toto, & in domibus propriis & alienis, & potiſsimè in procurationib⁹ & viſitationibus circa quas multi prælatorum excedunt ſupra vices ſuas, ab illis quos viſitant conuiuia ſibi præparari facientes, contra prohibitionem Grego. defenſori Siciliæ factam: & cõſtitutionem Pelagii qui prohibet (Creſconio ſcribens) prãdia enormia fieri mandans ſecundum mediocritatem vniuſcuiuſque loci, epiſcopo viſitanti conuiuium pręparari. Tantúſque exceſſus eſt, & in pręparatione cõuiuiorũ & in numero euectionum contra prouiſionem concilii Lateraneñ. ꝙ interdum victum longi temporis breuis hora cõſumit, & vſque ad extremę virtutis exinanitionem quaſdam baſilicas perdit contra vii. ca. quarti concilii. Toletani.

Titulus xxxvij.

De inuidia, & detractionibus, & partialitatibus.

PEccatum inuidiæ nimis patenter & notoriè videtur in eccleſia Dei radicari. Nam vix eſt aliquod collegiũ in quo propter dictam inuidiam diuiſiones, ſciſſurę & partialitates non fiant, & quantum in ipſis eſt vnitatem eccleſiæ quæ diuiſionẽ non capit, cõtra doctrinam Pelagii ſcindunt: & tunicam domini inconſutilem & indiſciſſam minutim per fruſtra diſcerpũt. ſicut Hierony. atteſtatur: nec proficit cõſtitutio cõcilii Carthagineñ. continentis, quòd clericus fratrũ profectibus inuidens, donec in vitio eſt, nõ promoueatur. Cũ dicta conſtitutio nõ ſeruetur, & ad iam promotos dicta inuidia quæ in interioribus medullis recõdita eſt, ſicut habet̃ in octaua ſynodo, diriuetur. Et ex hac inuidia plurimi periclitantur in clero, ſicut & propter prælationis inuidiam, Abel à Caym fratre ſuo extitit interfectus, ſicut in Geñ. continetur. Ex hac inuidia multæ falſę accuſationes & delationes fiunt in clero ab his qui inuidię ſtimulis agitantur, ſicut Anacletus Papa teſtatur. Nec pe-

ius eſt malum ſecundum Grego. quàm Chriſtianos ſacerdotibus inuidere. Hæc inuidia ab Iſi loro de vita clericorũ plurimũ reprobatur. Dicit enim clerici emulationes & obtrectationes & inuidiam fugiant. Hęc inuidia rectè à dicto Eſa. figurata eſt per lamias quæ à lamiando dictæ ſunt quę ſicut Iſidorus ait in lib. ethimolo. fabuloſæ in fauces & laniatis narrantur. Et ſecundum Grego. in gloſ. ſuper illud Treñ. iiii. Sed & lamiæ nudauerunt mãmam. &c. Dicit ꝙ dictæ lamię crudeles ſunt, & ſuis fœtibus quos lamiarũt feruntur, per quas inuidi & detractores ſignificantur: qui bonorum mores vitámque quantum in ipſis eſt lacerare nituntur, deteriores ſecundum Anacletum Pap. quàm hi qui ſubſtantias aliorum prædiáque diripiunt. Tales ſecundum Grego. in puluerem ſufflant & in oculos ſuos terram excitant: vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant.

Lamia dicitur.

Bonũ inuidorum ponitur.

Titulus xxxviij.

De ira, & odio, & præcipitatione in ſententiis & aliis cuitandis.

PEccatum irę & odii inter perſonas eccleſiaſticas ſicut de inuidia præmiſſum eſt, ferę in ſingulis collegis no toriè radicatur. Nec videtur clerus cõſiderare, quòd beatus Petrus homicidarum tria genera, & eorum pœnam parilem eſſe dicebat: ſicut enim homicidas interfectores fratrum, ita quoque eorum detractores eóſque odientes homicidas eſſe manifeſtabat: ſicut ex epiſtola Clementis habetur hoc odium, ſicut Iſidorus de vita clericorum ait, maximè perſonæ eccleſiaſticæ fugere debent, & odio peccata habere: non homines, ſicut Leo Pa. Ruſtico Narbonẽſi epiſcopo ſcribit: & ex officio ſuo eos qui ſe odio habẽt, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, ad pacem & cõcordiam inducere, & per cenſuram eccleſiaſticam, ſi opus fuerit, compellere debent, ſicut habetur in concilio Agathenſi. Et ſuper pace, quã odium impedit, cõſeruanda, ſibiipſis mutuũ conciliũ & auxiliũ, non obſtante cuiuſcunq; amore vel odio, impartiri, Sicut Innocentius Papa ſecundus teſta

Detractores dicuntur homicidæ.

tur. Nec odio nec rancore, nec ira debent ſuas ſententias fulminare. Nam illa præpoſitorum ſolicitudo eſt vtilis. Illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil ſibi vendicat. Quare reſtringenda eſt ſub ratione poteſtas, nec eſt quid agendum priuſquã concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iuſtum putat eſſe omne quod fecerit. ſicut Grego. imperatori Mauricio ſcribit, Ira ſæpe etiam innocentes ad crimẽ adducit, quia dum iuſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coercere peccata, grauiora committimus, ſicut Ambroſius atteſtatur, propter quod Apoſtolus ſcribit Romanis, Non vos vindicantes cariſsimi, ſed date locum irę, hoc eſt declinemus eam, ne nos illa corripiat. Sũmo igitur opere præcauendum eſt ne rectores eccleſiæ & qui publica iudicia exercent in dictandis ſententiis, nullatenus leuitate, aut furore ducti ſint præcipites, ſicut ait Grego. Quod mimimè obſeruatur ab his qui iuris ordinem in ferendis ſententiis non obſeruant. Et qui more & vltra morem laicorũ ſe vindicãt, & ꝑ ſe & per alios vĩdictas publicas fieri mandãt & faciunt ſub confidentia eccleſiaſticæ libertatis, nullius pertimeſcentes culpam, quam ſe redimere nummis poſſe exiſtimant, ſicut Iſidorus ait. Ex quo frequenter coniurationes & conſpirationes, vt in decretali Gregorii decimi pro humanĩ. de homi. in. vi. cõtra aſſaſsinos, & cõtra illos qui per eos vindictas mandãt fieri, nõ ſeruantur.

Cõmotio quid operetur.

Et inſuper quia pſonis eccleſiaſticis homcidia ſtudioſè perpetrantibus præbetur defenſio in perſonis, & in eccleſiis receptantur: qui tamen ſicut dominus præcepit in Exod, & cõtinet decretalis, Si per induſtriam occidant proximum ſuũ, & per inſidias, ab altari Dei euellendi ſunt vt moriantur. Quia ſi executioni mãdaretur cõtra clericos & laicos per induſtriã occidẽtes: & degradarentur pſonæ eccleſiaſticæ talia homicida ſtudioſè & voluntariè perpetrantes, ſummum eſſet remedium eccleſiæ ſanctæ Dei cõtra inſolentias & ſcandala clericorum & religioſorum, qui per certitudinem quam habent quòd propter talia maleficia non tradentur curiæ ſeculari, nec morti ſubiicientur qui ad ſacros promouentur ordines. Ex dicta impunitate

ad ſtatum clericalem accedit vt ex hoc & beneficio canonis ſi quis ſuadente diabolo, cuius ſententia videretur cũ talibus retrahenda, fiant qui nequam fuerant, nequiores. Congruè itaque à dicto Eſaia propheta hoc odium & ira per onocentaurum in authoritate propoſita deſignantur. Nam onocentarus dicitur ab onos quod eſt aſinus & centarus. *Centauri dicuntur.* Centauri autem fuerunt equites in bellis diſcurrẽtes, hominéſque notãtes, figuram aſini & hominis faciem prætendentes ſicut Yſiodorus in libro ethimologiarum ſcribit, vbi agit de portentis.

Titulus xxxix.

De accidia, & negligentia, & ignorantia.

PEccatum accidiæ & negligentiæ maximè radicatur in eccleſia ſancta Dei, malúmque exemplum inde aſſumit vniuerſus populus Chriſtianus. Nam pauci ſunt in clero qui non vocentur, vel vocari poſsint in his quæ ad eorum pertinent officia, propter quæ ſunt conſtituta ſtipẽdia & eccleſiaſtica beneficia, negligentes. Ex qua negligẽtia verendum eſt, quòd diuina contrahatur offenſa. Maledictus enim qui opera domini negligenter exercet, ſicut *Negligẽtia deteſtatur.* Hieronymus teſtatur. Qui autem negligit viam ſuam, (vt ait ſapiens) mortificabitur: & qui timet deum, nihil negligit, ſicut Eccleſiaſtes ait. & in prouerbiorum. i. vos quoq; increpationes meas negligitis, ꝓpter quod ego in interitu veſtro ridebo: & cùm repẽtina calamitas ſuperuenerit, inuocabitis me, & ego non exaudiam. Si ergo inſpiciatur titulus de negligentia prælatorum, liquidè apparebit quantum negligentia Dei officit. Nam ſicut in vno quoque artium opere inuenitur mater iuſtitia, ita nouerca conditionis in eccleſia Dei radicatur ignorantia, quæ mater eſt cũ- *Ignorãtia mater errorum.* ctorum errorum: & quæ maximè in Dei ſacerdotibus eſt vitanda: qui docendi officium in populo ſuſceperunt, & qui ſcripturas ſacras & canones ſcire debent, cum omne opus eorum in vita & prædicatione & doctrina conſiſtat: & cunctos ædificare habeant tam fidei ſcientia quã operũ

diſciplina. Sicut habetur in concilio Toleta. Cùm itaque ignorantia ſcripturarũ ignorantia Chriſti ſit, ſicut Hieronynus in Eſa. teſtatur, Et Paulus ad Corinthios ſcribat, quòd ſi quis ignorat, ignorabitur. Et Gregorius in morali bus dicat, quòd qui ea quę Dei ſunt neſciunt, à Deo neſciuntur. & Chriſtus teſtetur, quòd ſi cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam dilabuntur.

Titulus xl.

De primo remedio contra negligentiam eruditionis in prælatis, ſcilicet quòd regula apoſtolica in promouendis ſeruetur.

Contra negligentiam eruditionis & peſtem ignorãtiæ remediari poſſet, quòd ſeruaretur in promouendis ad prælaturas prout conuenientius fieri poſſet, regula apoſtolica ſcripta ad Thimo. & Titũ, videlicet vt ꝓmouẽdi eſſent doctores, non litigioſi, non cupidi, nõ neophiti, ſed prudentes, ornati, hoſpitales, pudici, & domui ſuæ bene præpoſiti, ſicut Gratian⁹ proſequitur in decretis. Et ſicut ſtatutum fuit in concilio quarto Carthaginenſi, cui Auguſtinus interfuit in c. cùm epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi ſit prudens, ſi docibilis, ſi moribus tẽperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi peruigil, ſi ſemper ſuis negotiis cauens, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericos, ſi literatus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, vel acutus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, vt taliter examinati & promoti ſecundum dictũ concilium Carthaginenſe, ſuſcepto in nomine Chriſti epiſcopatu: non ſuæ delectationi, nec ſuis motibus: ſed patrum diffinitionib⁹ acquieſcat. Licet enim ſicut in Lateranenſi confilio ſcribitur, In cunctis ſacris ordinibus & eccleſiaſticis miniſteriis ſint ætatis maturitas, morum grauitas, & literarũ ſcientia inquirenda, multofortius in epiſcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam poſitus aliorum in ſeipſo debet oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari.

Qualis debeat eſſe epiſcopus.

Titulus xli.

De ſecundo remedio contra negligentiam eruditionis in curatis.

REmedium contra negligenitam eruditionis curatorum poſſet eſſe, vt ſeruaretur concilium Toletanū, in quo ſtatutum fuit, quòd quādo presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem, id eſt cōtinentem omnia ad officium curati pertinentia, ab epiſcopo ſuo accipiant, vt ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi accedāt, ne per ignorantiam in diuinis ſcripturis offendant. Vnde eſſet perquā vtile eccleſiæ ſanctæ Dei, quòd componeretur vnus liber ad intelligendum facilis, ad ſtudēdum & retinendum vtilis, in quo ponerētur canones pœnitentiales, quos non licet ſecundum Celeſtinum Papam & Auguſti. ſacerdotibus ignorare. Et inſtructio plena traderetur eis circa cōfeſsiones audiendas & pœnitentias & ſatiſfactiones iniūgendas & circa adminiſtrationem ſacramentorum eccleſiaſticorū, & celebrationem & intellectum diuinorum officiorum, gubernationem animarum vtilia & neceſſaria eſſe viderētur, ita quòd nullus ſecularis vel regularis poſſet ad ſacerdotalem ordinem, nec aliquo modo curatum beneficium obtinere, niſi in pręmiſsis eſſet competenter eruditus. Sicut enim perhibet magnus Dionyſius, ſubſtantia ſacerdotii, ſunt eloquia diuinitus tradita. Et ſecundum Auguſtinum, Si vnum de his quę ad diſcendum neceſſaria ſunt, ſacerdotibus defuerit, nomen vix in eis conſtabit.

Quales debeāt eſſe curati.

Titulus xlii.

De tertio remedio contra negligentiam conditionis vniuerſi cleri.

REmedium contra negligentiam conditionis vniuerſi cleri poſſet eſſe, vt ſecūdum prouidētiam Lateranēſis & generalis concilii, eccleſia quæ ſicut pia mater prouidere tenetur ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non poſſunt, legēdi & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, in vnaquaque cathedrali eccleſia, & in aliis collegiatis

& honorabilibus, magiſtros tenerent, qui clericos & ſeculares pauperes ciuitatis & diœceſis in cantando & legendo & ſcribendo & grãmaticalibus & logicalibus gratis inſtruerent, & pro doctrina ſua nihil ab eis reciperent: ſed eccleſiaſtica beneficia vel ſtipendia ab epiſcopis & capitulis ac collegiis & aliis prçlatis aſsignarent eiſdem. Et quòd in iſtis ſeruaretur doctrina & conſtitutio concilii Toleta. In quo ſtatutum fuit, quòd illi quos à primis annis voluntas parentum clericatus officio mancipauit, mox detonſi vel miniſterio lectorum tradi in domo eccleſiæ ſub ſpecia li præſentia tenerentur ſub vno conclaui, vt lubricæ ætatis annos, non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agerẽt, deputati probatiſsimo ſeniori, quem & magiſtrum doctrinæ & teſtem vitæ baberent. Et quòd tales taliter enutriti. xviii. anno ætatis ſuę complecto, ſi clerici eſſe vellent caſtitatem ſeruare vouerent, & in clero remanerent, & ad ordines ſtatutis temporibus promouerentur. Et ſi cõtrarium facerent, rei ſacrilegii ſecundum formam dicti cõcilii haberentur. Et ſi contrahere vellent. xviii. anno expleto & voto nondum emiſſo, conceſſa ab apoſtolo licentia nõ negaretur eiſdẽ. Si tamẽ cum vnicis & virginibus cõtrahere vellent, & priuilegiis eccleſiaſticis gaudere vellẽt, ſub eccleſiaſtica regula tenerẽtur, in bonis moribus viuerent & canendis pſalmis inuigilarent, & ab omnibus illicitis, cor & linguam & corpus Deo authore ſeruarent, ſicut Greg. Aug. anglorũ epiſcopo ſcribit. Ex talibus autẽ & taliter enutritis q in cathedralibus collegiatis & honorabilib⁹ eccleſiis ſub regula & diſciplina eccleſiaſtica, vſq; ad xviii. ætatis ſuæ annũ cõpletum enutriti eſſent, & in officio eccleſiaſtico, & grãmaticalibus informati poſſent illi qui magis apti, idonei, & dociles viderẽtur ad metropolitanam ciuitatem in qua eſſent magiſtri docentes in ſacra pagina & in vtroque iure, & exinde ad generalia ſtudia deſtinari.

Quomodo ſunt educãdi ad clerũ promouendi.

Titulus xliii.

De beneficiis eccleſiaſticis, unde poſſet dictis pauperibus magiſtris & ſcholaribus prouideri.

ET ad prouidendum talibus de quibus cõſtaret, quòd amplius ad ſeculum redire non poſſent, ſufficerẽt beneficia eccleſiaſtica, quæ non abſque animarum & eccleſiarum diſpendiis & periculis, in pluralitate tenẽtur, & detinentur à multis, contra canonicas ſanctiones, ſecundum quas ſingula officia, & beneficia eccleſiaſtica, ſingulis ſunt cõmittenda & conferẽda perſonis: nec debet quis in pluribus beneficiis intitulari. Et idem fuit in x. c. Calcedonẽ. concilii. & in ſinodo Placentiæ celebrata. In qua Vrbanus Papa affuit conſtitutum. Et à beato Grego. qui ſuper hoc etiam omnibus epiſcopis ſcripſit. Et in ſinodo, & etiam in concilio Toletano. Et ad idem concordãt iura ciuilia & diuina. Tenent nanque aliqui propter fauorem quem in eccleſia habent, tot beneficia ꝙ viginti, & aliquando quinquaginta ſcholares & vltrà, poſſent in ſcholis ſuſtentari de eis. Nec ita ſucceſsiuè beneficiati plus cæteris pauperibus communiter proficiunt, quinimo frequentius deficiunt & expendunt in pompis & vanitatibus dies ſuos, & eccleſiaſticos redditus cumulatos eiſdem. Poſſet etiam talibus clericis prouideri de beneficiis, quæ diuitibus indebitè conferuntur. Nam ſicut Hiero. ad Damaſum Pap. ſcribit, Clericos illos conuenit eccleſiaſticis ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona ſuffragantur. Qui autem ex bonis parentum & ſuis operibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiũt, ſacrilegium profectò cõmittunt: & per abuſionem taliũ, iudicium ſibi mãducant & bibunt. Proſper etiam in libro de vita contemplatiua ſcribit, quòd paſtor eccleſię his quib⁹ ſua ſufficiũt, nõ debet aliquid erogare: quia nihil aliud eſt habentibus dare, q̃ perdere: nec illi qui ſua poſsidẽtes, dari ſibi de eccleſia aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo, vnde pauper victur⁹ erat, accipiũt. De clericis quidẽ ſpiritus ſanctus dicit, ꝑ Oſeã prophetã, ꝙ peccata populi comedũt: ſed ſicut nihil habẽtes propriũ, nõ peccata: ſed populi comedũt: ſed alimẽta quib⁹ indigere vidẽtur, accipiũt: ita poſſeſſores nõ alimẽta qbus abũdãt, ſed aliena peccata ſuſcipiũt. Et infert dict⁹ Proſper, Nõ eſt meũ dicere, quale peccatũ eſt, q cibos pauperũ ꝑſumẽdo ſuſcipiunt, q eccleſiã quã de propriis fa-

Non pluralis in beneficiis.

cultatibus iuuare debuerant, ſuis expenſis inſuper grauãt.

Poſſet etiam prouideri prædictis de eccleſiaſticis beneficiis quæ tenẽt multi alienigenæ in alienis regnis, quorum linguagia non intelligunt, nec habiles ſunt ad curam exercendam in eis: nec in ipſis reſidere intẽdunt, & etiam poſſunt: quæ vtinam non teneantur, cũ ſolo periculo animarum ipſorum qui ſe excuſare nitũtur obtentu diuerſarum diſpenſationum, propter ſuam vel ſuorum importunitatẽ vel potentiam, abſque euidenti neceſsitate vel vtilitate obtentarum. Illi enim qui ſunt eiuſdem linguagii, & eiuſdẽ regni & prouinciæ, ciuitatis, & diœceſis, & eccleſiæ, cæteris paribus ſunt aliis in eccleſiaſticis beneficiis & prælationibus ſecundum iura præferendi. Et in hoc concordãt iura à multis Romanis pontificibus edita, & ſpecialiter à Celeſtino, Pelagio, Gregorio, Innocentio, Leone, Stephano: & concilium generale, ne pro defectu. & penul. capit. cõcilii Neoceſarieñ. & ii. & iii. c. cõcilii Brachareñ. & penulti. c. concilii Taurineñ. & viii. & ix. c. concilii Auraicẽ. & vlti. c. concilii Valentini. & xii. c. primi concilii Toleta. & ii. c. ii. concilii Toletani. & ii. c. concilii. Brachareñ.

Poſſet etiam prouideri prædictis de aliquibus parochialibus eccleſiis, quæ ita pingues ſunt & abundantes, quòd relicta congrua portione vicario perpetuo, poſſent de eis multi ſcholares in ſtudio ſuſtentari. Tales autem poſſent teneri ſub diſciplina & regula eccleſiaſtica, & ſub vno cõclaui, non ſolùm in cathedralibus & collegiatis eccleſiis, vt eſt dictum, verumetiam in ſtudiis prouincialibus & generalibus, in quib9 poſſent ad hoc per prouincias loca certa deputari. Et tales poſſunt ſe aſtringere prouinciis, ciuitatibus, & diœceſibus & eccleſiis, de quarum bonis enutriti eſſent in ſcholis, quòd ſine licentia ſe ad alias eccleſias non transferrent. Tales in puritate vitæ, & ſub diſciplina eccleſiaſtica enutriti ab infantia, & in ſacra pagina, & aliis ſcientiis informati, poſſent cum bona conſcientia aſſumi ad curam animarum, & regimen prælationũ, & in Dei eccleſia, ſecundum Danielem, velut ſplendor fulgerent firmamenti. Ex quibus poſtmodum poſſet copia doctorum haberi, qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri,

valerent ad iuſtitiã plurimos erudire. ſicut Honorius tertius atteſtatur. Et per tales poſſet proceſſu temporis vita & doctrina vniuerſalis eccleſia reformari. Potiſsimè ſi ordinaretur ex nunc, & executioni debitæ mãdaretur, quòd viri literati & idonei, de quibus multi reperiuntur, quibus vel nullo modo, vel minus competẽter prouiſum eſt quibuſcunque aliis non idoneis & minus ſufficientibus præferrentur, in aſſequendis eccleſiaſticis beneficiis, & officiis & prælaturis ſecularibus, & regularibus eccleſiæ ſanctæ Dei, in qua Chriſtus dedit poteſtatẽ filios Dei fieri his qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt: ſicut ſacrum beati Ioannis euãgelium atteſtatur. Et ceſſaret extunc forma pauperũ, & ſpecialis forma prouiſionũ, quo ad omnes qui nõ eſſent, ſicut præmiſſum eſt, bene literati, vita probati, & in ætate legitima conſtituti.

Titulus xliiii.

De quarto remedio contra ignorantiam cleri, & negligentiam eruditionis.

Otioſitas radix omnium malorum.

REmedium aliud, cõtra cleri ignorantiam, poſſet adhiberi, vt omnes clerici nõ coniugati fugerent otioſitatem, quę otioſitas eſt radix omnium malorum: & ſemper aliquid boni facerent, ne diabolus, ſecundum doctrinã Hieronymi, eos occupatos inueniret. Et quòd ſecundum doctrinam Apoſtoli, quando diuinis obſequiis non adeſſent, lectioni attẽderent & doctrinæ, & ſemper permanerent in his. Quia etiam nulli conferretur prima tonſura, niſi competenter ſciret legere & cantare. Nec minores ordines, niſi vltra prædicta haberet maiorẽ inſtructionẽ: & niſi haberet vnde viueret, vel eſſet in ſcriptura, vel aliquo artificio honeſto taliter inſtructus, quòd inde vitam quærere ſibi poſſet: ſicut fuit ſtatutũ in concilio Carthagineñ. Nam frequenter illi qui promouentur ad titulos ſeculariũ perſonarũ vel beneficiorum, propter eorum demerita dictos titulos perdunt, & ſic mendicari & euagari cogũtur. Et ſi omnes certi eſſent, ꝙ aliter non poſſent peruenire ad clerum, omnes addiſcere, & eorũ parẽtes & propinqui eis

prouidere amplius conarētur: maximè ſi certi eſſent ꝙ beneficia eccleſiaſtica aſſequi nō valerent, niſi haberēt ſufficientiam literarū,à quorū ſtudio & laborioſa inquiſitione retrahūtur,qui,ꝓſidentium parentū & diuitū fauore,vidēt iuuenes inſufficiētes & illiteratos ꝑuectioribus literatis & meritis ꝑpter ambitionē & deornationē rectorum & platorum eccleſiæ indebitè anteferri. Et melius eſſet Domini ſacerdotiū atq; clerū, paucos ſufficiētes habere miniſtros, qui poſſent dignè opus Dei exercere,q̄ multos & innumerabiles habere inutiles: qui ſecūdum Clemētem graue onus & confuſionē inducūt eccleſiæ ſanctæ Dei.

Titulus xlv.

De quinto remedio cōtra cleri ignorantiā & negligētiam eruditionis.

REmedium aliud poſſet eſſe cōtra negligētiam eruditionis & ignorātiam cleri,vt ſpecificaretur & declararetur,quæ ſciētia literarum,& quę ſufficientia eſt in ſingulis gradib⁹,& ſtatibus eccleſiaſticis requirēda:& ꝙ ſine ea nullus ad dictos gradus & ſtatus admitteretur. Et inſuꝑ ꝙ diuerſitas gloſarū,& ſcriptorū,quę eſt in ſingulis facultatib⁹,q̄ diuerſitas & varietas cū multiplicitate & ꝓlixitate ac ſimilitudine dictorū & recitatorū,ſtudētiū ſenſus hebetat,tēpus & facultates cōſumit, cōfuſionē & ignorātiā inducit. Cū ex hoc textuū & origināliū notitia cōdēnat̃, reduceret̃ per certos magiſtros in qualibet facultate approbatos & deputatos,reſecātis ſuperfluis,ſimilibus,& cōtrariis,ad cōpendiū veritatis:qđ cōpendiū approbaret̃ per apoſtolicā ſedē. Et ſic ſcholares & magiſtri q̄ præ nimia paupertate dicta ſcripta habere nō poſſunt,& q̄tum habēt tēporis in eis cōſumūt,plus in quinq; annis ꝑficerēt q̄ faciāt nūc in decē. Et ordinaretur quòd ſingula ſtudia reformarentur per locorū ordinarios & rectores & magiſtros, ita quòd ſcholares vacarent ſcientię & non vanitatibus & diſſolutionibus,pompis,cōuiuiis,diſſentionib⁹, parcialitatibus atq; brigis. Non enim gerunt ſe cōmuniter tanquam perſonæ eccleſiaſticæ,ſed potius tāquam ſeculares vel peius: & conātur plus expendere quam poſsint,& quàm ex-

penderent in patria eorundē: & maiores ſe oſtendere quā ſint de veritate, non tātum ſcientię quantum de oſtenſionibus notoriis brocardiorum & verborum foliis curā gerentes & vacui à ſcientia recedentes. Et multi indebitè efficiuntur magiſtri, qui nondum forma diſcipuli didicerūt: & libros facultatis in qua magiſtri ſunt, non legerunt: ſuper quibus eſſet omnibus prouidēdum, & dicta ſtudia reformanda, & ad antiquum ſtatum, qui non erat pomposus, nec ſumptuoſus, nec inordinatus, nec inquietus ſolitudine paterna, quæ conſiliū capere debet pro liberis & eccleſiæ filiis, reducenda. Eſſet inſuper vtile quòd concilia generalia hactenus celebrata in ſingulis ſtudiis, & inſuper in omnibus cathedralibus & collegiatis eccleſiis haberentur, vt qui vellēt poſſent habere copiam de eiſdē: & quòd idem fieret de canonibus pœnitentialibus & de aliis libris & ſcriptis vtilibus pro ſalute & regimine animarum.

* Votum authoris nō videtur ſanum, vt ex ſequentibus liquere videt̄. Primò, quia doni ſpirituſſancti reſtrictiuū. Secūdò, quia libertatis hominis ſublatiuum. Tertiò, quia ad deſidiam inductiuum. Quartò, quia vix magiſtris poſſent reperiri qui hoc facere poſſent, & voto doctiorum ſatisfacere. Quintò, quia ſcripturę à diebus authoris longè quàm antea nobis fuerunt declaratę, maximè ciuiles & canonicæ: aliæ rationes poſſent adduci, quas nō potuit ſcribere hîc Probus.

Titulus xlvi.

De prima negligentia circa curam animarum quia cauſas electionum Romana eccleſia ad ſe trahit: & eccleſiæ remanent uiduatæ.

DE negligentia prælatorum, rectorum, curatorum & miniſtrorum eccleſiaſticorum, circa curam animarū commiſſarum eiſdem, circa quarum cuſtodiam attēti eſſe debent, ſicut dicitur in actibus apoſtolorum: quia ab eis grex qui ipſis datus & commiſſus eſt, pecus inclitum ſecūdum Hieronimum, requiretur: & pro quo animam pro anima

nima reddent, & ſe reddituros ſpōdent etiam notoriè : deprehenditur & notatur in eccleſia ſancta Dei, quia manifeſtè apparet quòd eccleſia Romana cauſas electionum multis viis & remediis ad ſe trahit, & eccleſiæ remanent ex hoc longis temporibus viduatæ: gregéque dominicū propter defectum paſtoris lupus rapax inuadit : & eccleſiæ in earum iuribus & facultatibus diſpendia grauia patiuntur, contra prouiſionem concilii generalis ; quod volēs in hoc periculis occurrere animarum & eccleſiarū indennitatib⁹ prouidere, ſtatuit vt vltra tres menſes cathedrales vel regulares eccleſiæ quando vacarent, non differretur electio: ne paſtore eccleſia eſſet deſtituta. Quæ quidē prouiſio quodāmodo eſt inanis, cùm propter appellationem inanem & friuolam deductam ad Romanam curiam, per plures annos eccleſiæ remaneant viduatæ, & ſuis facultatibus ſpoliatæ, modica conſideratione de dicta cura habita animarum, & lites efficiuntur ibi quodammodo immortales.

Tiiulus xlvij.

De ſecunda negligentia circa curam animarum: quia prælati & curati non reſident.

NEgligentia etiam circa curam dictarum animarū manifeſtè apparet: quia per Romanam eccleſiam abſq; euidenti neceſsitate vel vtilitate diſpēſatur cum multis, vt pluralitatem beneficiorum curatorum obtineant. Et quòd non teneantur ad tempus valde longum reſidentiam facere perſonalem: & dictam curam habentes & etiam prælati abſque neceſsitate & vtilitate prædictis, longis temporib⁹ in Romana curia detinentur, & diuerſis viis ab eccleſiis q̃ eiſdem & eorum curæ cōmiſſę ſunt, ſe abſentant. Nec ſeruatur titulus de clericis non reſiden. in eccleſia vel præbenda: nec etiam .lxiiii. cap. concilii Agatheñ. in quo ſtatuitur, quòd presbyteri & diaconi qui vltra tres ebdomadas ab eccleſiis ſuis defuerint : & epiſcopi q in eis in Epiphania, Paſcha, & Penthecoſte nō fuerint, ſuſpendantur. Non ſeruatur etiam. xxxviii. cap. dicti concilii Agatheñ. & alia iura in quibus præcipitur quòd dimiſsis curis & eccleſiis nō

Inuehit cō tra ſedē apoſtolicā cū multis ad multa beneficia diſpēſantē nō ſubſiſtē te cauſa legitima.

debeant euagari. Non ſeruantur etiam xiiii. & xv. c. Sardiceñ. concilii, continentia, quòd epiſcopi in alienis prouinciis non morentur: nec poſſeſsiones acquirant: nec penultimum capitulum eiuſdem concilii, nec iii. ca. concil. Anthiocheni, nec. xx. cap. & xxiiii. cap. concilii Calcedoneñ. prohibentia ne dicti prælati ſe abſentent.

Titulus xlviij.

De tertia negligentia curæ animarum, quia inhabilibus committitur, qui eam exercere neſciunt.

NEgligentia contra dictam curam animarum manifeſtè apparet: quia nō ſolùm curata beneficia & ſimplicia, verùm etiam duplicia, & quod deteſtabilius eſt, prælaturæ committuntur talibus quod publicè & notoriè propter defectum ætatis vel ſcientiæ, vel propter alia conſtat, laicis & aliis, eſſe inhabiles ad curam huiuſmodi animarũ, de quarũ perditione, licet pretioſiores ſint cunctis corporibus & corruptilibus reb⁹, parum curari videtur: eo quòd per generalem abuſum prælatorum eccleſiæ talibus committantur, quibus non vſquequaque forſitan ſuffragatur, ſi per alios fieri faciant, quòd tenētur perſonaliter facere per ſeipſos, cùm per virum proprium & non alienum cui copulatur eccleſia, habeat fœcũdari. Hieremias nãq; dicit cōſtitui te vt euellas, ſcilicet vitia: & plātes, ſcilicet virtutes. Et in Ioan. dicitur quòd paſtor debet prçcedere gregem, & oues vocem eius audiunt. Et de Aaron dicitur in libro Sapien. quòd ſtãs inter viuos & mortuos reſtitit irę Dei. Sicut enim ſpeculator ſecundum Bernadum nō debet eſſe cæcus: nec dux claudus. Sic nec pręco id eſt curatus debet eſſe mutus. Pręconis em̃ officium accipit, qui curam aſſumit animarũ. Sicut Grego. in. xv. capi. ſui paſtoralis exponit. Labia nãq; eius cuſtodire debent ſcientiam: & ſubditi eius legem eius requirunt: quia eſt Angelus & nuntius domini exercituũ. ſicut Malachias dicit, quę per Eſaiã dominus admonet dicens. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocē tuã, & anũtia populo meo, ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ.

Præco nō ſit mutus, nec dux claud⁹ nec ſpeculator cæcus.

Tales inhabiles non clamant, nec prædicant, nec populis eorum ſcelera annuntiant, nec confeſsiones audiunt, nec de cura animarum ſe in aliquo intromittunt: ſed duntaxat de redditibus percipiendis ſacculum pecuniæ ſecũ ferentes in die plenę lunę, id eſt, quãdo redditus colligendi ſunt reuerſuri. ſicut dicitur per Salomonem de alio qui vir eſt: cui curatus propter fœcundationem & fidem æquiparatur in figura.

Titulus xlix.

De quarta negligentia circa curam animarum, quæ publicè peccatores nullo modo uel inſufficienter puniuntur, nec publicè euitantur, nec corũ oblationes reſpuuntur: & quòd pœnæ pecuniariæ, conuerterentur in pios uſus.

NEgligentia etiam prædicta circa curam animarũ apparet: quia publicè peccatores ſecundum doctrinam apoſtoli dicentis ad Timotheum, peccãtem coràm omnibus argue, vt cæteri metum habeant, non puniuntur: nec admonitio Chriſti adimpletur dicẽtis, vt peccantes primò ſecretè. Secundò duobus vel tribus teſtibus adhibitis arguantur. Et ſi emẽdare contempſerint, tanqu am Ethnici, & publicani euitentur. Hieronymus autem exponẽs illud Numeri, quòd vno peccãte ira Dei ſuper omnem populũ venit, dicit quòd hoc accidit quando ſacerdotes qui populo pręſunt erga delinquentes beniuoli videri volunt, & verentes pœnitẽtium linguas, ne fortè de eis malè loquãtur, ſacerdotalis ſeueritatis immemores. Ex tali autem iniuſta miſericordia in diſcrimẽ alii adducũtur, & ſicut ex vna oue morbida, vniuerſus grex inficitur, ſic etiam vno fornicatore, vel aliud quodcunque ſcelus cõmittente plebs polluitur vniuerſa. Vnde ſecundum Hierony. ſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa à caulis ouis repellenda eſt, ne tota domus, maſſa, corpus & peccora ardeant, corrumpantur, putreſcant, & intereant. Adulteri enim & peccatores publici per curatos & prælatos non euitantur, quod eſt contra iura. Nam in xlviii. capit. concilii Elibertani fuit

Vno peccante ira Dei ſuper omnes uenit.

conſtitutum, quòd ſi quis fidelis habens vxorem, non ſemel ſed ſepe mœchatus fuiſſet, ei cõmunio nõ daretur. Et ſecundum Augu. de adulte. coniuga. magis puniendi ſunt viri adulteri quã vxores adulterę, ꝓ eo quòd magis ad eos ptinet & virtute vincere & exẽplo fœminas regere: nec ſeruantur à dictis prælatis & curatis iura continentia, ꝙ oblationes taliũ publicè peccantiũ non recipiãtur, licet in xciii. c. cõcilii Carthaginẽ. ſtatutũ ſit, ꝙ oblationes diſcordantiũ fratrum neq; in ſacrario neq; in gazophilatio recipiantur, & ſimiliter dona eorũ qui pauperes opprimunt à ſacerdotibus refutentur. Et idẽ ſtatuit Nicolaus Pa. de reſpuendis oblationibus ſacrilegorũ & inuaſorum & depredatorũ rerum eccleſiaſticarum. Idem etiã ſcripſit Augu. in i. epiſto. ad Bonifaciũ. c. i. de reſpuendis oblationibus illius qui per violentiam de eccleſia ſeruũ extraxerat qui fugerat ad eãdem. & ad Macedo. ſcripſit idẽ de offi. qui cõtra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, inuaſionibus, & oppreſsionibus, aliqua abſtulerũt, quæ Zachęi publicani exemplo reddenda ſunt potius quàm donãda. Indecens nãq; videtur ſecundum prædictum Augu. quòd oblationes recipiantur à talibus: & à publicis vſurariis, aleatoribus, hiſtrionibus, ſimoniacis, lenonibus, meretricibus, & cõſimilibus. Videretur eſſe remediũ congruum, quòd iura huiuſmodi ſeruarentur, vt rubore ſuffuſi ad ſinum & gremium ſanctæ matris eccleſiæ facilius & citius conuerterentur: cũ hæc cauſa reddatur propter quàm excommunicati vitari iubentur. Qualiter autem talis negligentia correctionis in prælatis & ſuperioribus eorundem mortale peccatum inducat: & eis propter dictam negligẽtiam correctionis ſubditorum mala imputetur cùm ex negligentia videantur ea fouere, tactũ fuit ſuprà in fine tituli de tertio modo reformationis eccleſiæ.

Adulteri magis quã adulteræ puniuntur.

Oblatiões à quib⁹ nõ debent recipi.

Alia negligentia correctionis eſt: quia grauia & grauiſſima delicta & ſcelera per perſonas eccleſiaſticas perpetrata quando ea puniri contingit, puniuntur in pecunia: cùm deberent talia perpetrantes, perpetuo carceri mancipari. Et hoc ſecundum Hieronymum eſt in eccleſia Dei afferre ſtateras doloſas, in quibus pro arbitrio modo appen-

dimus quod volumus: dicẽtes hoc graue eſt, & hoc leue: cũ tamen hoc quod ſceleratius eſt commiſſum, deberet eſſe grauius vindicatum. Remedium autẽ eſſe videretur quòd pœnę pecuniariæ quæ ab eccleſia pro criminibus & perſonis eccleſiaſticis recipiuntur, conuerterentur in pios vſus, ſicut tradunt aliqui doctores eſſe faciendum de iure.

Pecuniariæ pœnæ ad pios uſus conuertantur.

Titulus quinquageſimus.

De prima negligentia prælatorum & curatorum eccleſiaſticorum circa eccleſiaſticum officium & cultum diuinum.

NEc negligentia nimis manifeſtè apparet in clero, tam in capite, quàm in membris: & vtinam non verificetur verbum in clero Eſaiæ dicentis, populus hic labiis me honorat, cor autem eorum lõgè eſt à me. Et illud quod in Machabęis ſcribitur, de his qui contempto templo, & ſacrificiis, feſtinabant participes fieri palęſtrę: hoc eſt vanitatũ, & occupationum ſecularium. Nonne notorius eſt abuſus communiter pręlatorum, qui propter curam temporalium obmittunt curam ſpiritualium, & ſolẽnitatem diuinorum officiorum, prouiſionem Anacleti Papæ nõ ſeruantes, qui ſtatuit, quòd quia ipſi epiſcopi, vniuerſique ſacerdotes, ad ſolam laudem Dei, bonorúmque operum occaſionem conſtituuntur, tam pro ſuis, quàm etiam eccleſiaſticis actionibus, aduocatos & œconomos bonæ opinionis haberẽt, ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perderent. Apoſtolus ſcribit, quòd nemo militans Deo, ſe implicet negotiis ſecularibus: propter quod fuit in canonibus apoſtolorũ, & in ſacris conciliis Carthagineñ. & in aliis & à multis Romanis pontificibus conſtitutum, quòd prælati & cæterę perſonæ eccleſiaſticæ nõ immiſcerent ſe negotiis, placitis, curis & actionibus ſecularibus: ſed diuinis officiis, orationibus & ſacrificiis deſeruirent, quod tamen minimè obſeruatur. In quarto concilio Carthaginenſi. xiiii. & xv. cc. & ſequenti extitit cõſtitutum, quòd epiſcopi hoſpitiolũ non longè ab eccleſia haberent, vt diuinis congruè vacare poſſent: quod minimè obſeruatur, cùm vnuſquiſque ma-

Labiis populus Deũ honorat, & cor à Deo longè eſt.

Abuſus notorius prælatorum hic ponitur.

Quib9 debent ſe immiſcere & nõ imiſcere clerici.

Epiſcopi ubi debeãt morari.

neria ſua, & caſtra, & loca remota exquirãt, etiam aliquãdo in prouinciis alienis, contra prohibitionem xiiii. & xv. c. concilii Sardicenſis. In quinto etiam cap. quinti concilii Carthaginenſis fuit conſtitutum, vt nulli epiſcopo eſſet facultas, relicta cathedrali eccleſia, ad aliquam eccleſiã ſuæ diœceſis ſe conferre, & in ea, vel in re propria diuti⁹ immorari, ne ex hoc curam vel frequentationẽ propriæ cathedræ negligeret. Et in xv. & xvi. capitulis Nicenæ Sinodi ex eadem cauſa exſtitit conſtitutum, quòd epiſcopi & reliqui clerici de ciuitate ad ciuitatem nõ migrarent. Et Gregorius ſtatuit, quòd epiſcopus deputaretur in monaſterio, qui in ſua eccleſia cõtemneret reſidere. Ex ea etiam cauſa fuit in xx. c. tertii concilii Carthaginenſis conſtitutum, quòd epiſcopi ſine licẽtia metropolitani longius nõ proficiſcerentur. Ex eadem etiam cauſa proceſsit ordinatio concilii Agathenſis ſeptuageſimiprimi capituli, quòd dicti epiſcopi, curati & clerici in diebus ſolennibus ſcilicet natiuitate domini, epiphania, paſcha, pentecoſte, ſe à clero & ab eccleſia nõ abſentarent. Et conſtitutio Gelaſii Papæ quòd ſine authoritate Papali vel concilii prouincialis ad comitatus regales nõ accederent. Et illud vltimi capituli concilii Aurelianẽ. in quo ſtatuitur, quòd diebus dominicis, ſi infirmitate impediti non fuerint, eccleſię cui proximi fuerint, deeſſe non debent, & conſimilia. Pauci etiã ſunt ex dictis prẹlatis & ſuperioribus eorundẽ, qui ad officium cum ſolẽnitate & abſque occupatione & interpellatione dicendum & audiendũ inſiſtant: ſed aliis occupationibus, & aliquando ſine nota indeuotè & ſincopatiuè dicitur & minus competenter.

Titulus li.

De ſecunda negligentia canonicorum & aliorum, qui officio non interſunt: uel ſi interſunt, confabulantur, aut per eccleſiam diſcurrunt.

Attẽdant hic canonici nſi tpis

DE negligentia verò ſecunda canonicorum & aliorũ in cathedralibus & collegiatis eccleſiis deſeruientium notoria ſunt exempla. Nam pauci ex eis ad matuti-

num,vel ad horas, niſi magnum emolumẽtum temporale & magnę diſtributiones,& manualia percepturi ſunt, conueniũt,aliàs non venturi: ſed in locis ſuis & domibus remanſuri. nec ſufficienter conſtitutiones ſeruẽtur,nec xxxiiii. ca. concilii Aurelianeñ. in quo cauetur quòd tales clerici qui officio adeſſe cõtemnunt, epiſcopi arbitrio recipiąt eccleſiaſticam diſciplinam. Et idem à Papa Pelagio extitit conſtitutum. In xxi. autem ca. concilii Elibertani cauetur, quòd ſi quis in ciuitate poſitus, per tres dominicas ad eccleſiam nõ acceſſerit, quòd pauco tempore abſtineatur, cauſa correctionis: & conſimile in canonibus apoſtolorum extitit conſtitutum. Prædicti etiam canonici & perſonæ eccleſiaſticæ,dum diuina officia peraguntur, frequenter cõfabulantur ad inuicem,vel dormiunt,vel officium turbant diuinum. Aliqui verò eorundẽ de choro (dum diuina peragunt officia exeuntes) per eccleſiam ambulant,ne diſtributionib' defraudẽtur, virorum & mulierum ſe cõfabulationibus,iocis, riſibus,& applauſibus immiſcentes. Alii verò quanquam exiſtant presbyteri, & à prædictis illicitis ſe abſtineant,tamen vix miſſarum ſolẽnia quater in anno celebrant: nec contra præmiſſa ſufficit nec proficit prouiſio concilii generalis, in quo ſub pœna ſuſpenſionis inhibita ſunt ſupradicta. Quare opus eſſet de aliis remediis ꝓuideri, & declarari, quòd diſtributiones quotidianas non reciperent, ſi perſonaliter intra chorũ celebrando officio non adeſſent. Et poſſet ordinari quòd poſſeſsiones quæ in diuerſis locis dantur abſentibus in ſtudio non reſidentibus, ſed ex alia cauſa illegitima abſentibus diſtribueretur inter præſentes, qui diuino obſequio intereſſent. *Cõtra nõ celebrãtes*

Titulus lij.

Qualiter tertiò principes & populus negligunt officium: quia uident negligi à prælatis & clericis, cùm tamẽ ex integro audire diuina officia teneantur.

EX ꝓdictis autẽ inſolẽtiis & negligẽtia circa diuinũ officiũ i prĩcipib' & ꝑpulis iſtructio dirinaẽ. Nã multi ex dictis prĩcipib' dũ miſſarũ ſolẽnia ſibi faciũt celebrari, qua-

ſi continuè pro aliis negotiis audientiam pręſtant,vel circa alia vacant ad officium non intendentes: nec orationibus inſiſtentes. Nonnulli ex nobilibus,potentibus & aliis popularibus, ad eccleſiam duntaxat conueniunt,dum eſt corporis Chriſti eleuatio facienda: & eleuatione facta feſtinăter recedunt: & vix dicunt intra eccleſiam pater noſter. Vnde videretur ſuper hoc prouidendum,vt ſolùm ea quæ ſuper hoc hactenus conſtituta ſunt,ſeruarentur. Fuit autem ſtatutum in concilio Agatheñ.c.xlvii.& præceptũ ſecularibus,vt in diebus dominicis miſſas per ordinem ex integro audirent: ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi non pręſumerent. Et ſi contrarium facerent,quòd publicè ab epiſcopo confunderentur. In canonibus apoſtolorum fuit conſtitutum,quòd omnes fideles in ſolennitatibus ad eccleſiam conuenirent:& ſcripturas apoſtolorũ & euangelium audirent. Qui autem non perſeuerarent quouſq; miſſa perageretur, nec ſanctam communionem perciperent,velut inquietudines eccleſiæ commouentes; communione priuarentur. In.iiii.cõcilio Carthaginen.c. lxxxiiii.& lxxxviii.fuit ſtatutum,quòd dictus populus ad eccleſiam conueniret, & quòd ille qui,ſacerdote verbum in eccleſia faciente,egrederetur,excõmunicaretur. In cõcilio Aurel.fuit conſtitutum in c.xxii. quòd populus non diſcederet antequam miſſa ex integro celebraretur,& antequam benedictionem miſſa completa recepiſſet à ſacerdote,ſi tempus deeſſet:& in lxxxviii.iiii.cõcilii Carthagi. fuit ſtatutum quòd excommunicaretur qui prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectacula iret.

Miſſa ex integro audiatur à laicis.

Titulus liii.

De quarta negligentia circa diuinum officium: quia feſta non coluntur, & peiora quàm diebus aliis committuntur.

NEgligitur inſuper diuinum officium, eiúſque cultùs: quia dies feſtiui & dominici,ſicut iura pręcipiunt,nõ coluntur nec ſeruantur:quinimmo placita iudiciaria,opera ruſticana & mundana & mercata fiunt, & tenentur in eis: contra pręcepta dechalogi,in quibus præcipitur,me-

mento ſanctificare ſabbatum: & etiam contra iura quæ ſuper hoc non ſeruantur: & interdum in dictis diebus dominicis & feſtiuis plura perpetrantur mala quàm fiant tota ebdomada: nec populus videtur curare de diuinis, ſed de cantibus, iocis, ballis, tripudiis, & cantilenis inhoneſtis, & turpibus: etiam intra eccleſias, & cemiteria earundem, de die & de nocte prædictis vanitatibus inſiſtendo, nec ſeruatur c. vlti. iii. concilii Toletani, in quo ſtatutum fuit, quòd prædicta irreligioſa conſuetudo ſecundum quam vulgus, qui deberet ad diuina officia conuenire, prædictis ſaltationibus & cantationibus intendit, à ſingulis prouinciis pelleretur. Non ſeruatur etiam xviii. ca. conci. Agatē. in quo ſtatutum fuit quòd ſeculares q̃ in natali Domini, Paſcha, & Penthecoſte, non communicarent, catholici non crederentur, nec inter catholicos haberentur. Nec ordinatio Fabiani Papæ, in qua ſtatutum fuit, quod ſaltem ter communicarent in anno: nec etiam. xiii. c. primi concilii Toleta. in quo illi qui eccleſiam colunt, & non communicant ſtatutis temporibus excommunicari iubentur.

Irreligioſa cõſuetudo pellatur.

Titulus liiii.

De quinta negligentia circa officium: & ut diſtinctè horis competentibus ſine motetis dicatur: & quod nimis prolixũ abbreuietur.

ALia negligentia circa diuinum officium eſt: quia in eccleſiis parochialibus potiſsimè, nõ dicitur competentibus horis nec diſtinctè nec intelligibiliter, ſed cum barbariſmis & ſoloeciſmis, ſicut Augu. in li. de Cathechizandis rudibus. ait: Sed vtinam excuſari poſſent cum eodẽ Auguſtino tales, vt vniuerſi cognoſcerent eos magis morum deuitare vitia quàm verborum: vt ſic cordi caſto linguam exercitatam non præferrent. Nã ſæpe, ſicut ait Gregorius, dum in ſacro miſterio blanda vox quæritur, congrua vita negligitur: & cantor Deũ moribus ſtimulat cũ populum vocibus delectat. Cantatur namq; in eccleſia frequẽter vt diuinis officiis moteti & cantilenæ inhoneſtæ &

cantus laſciui. Et contra doctrinam Hieronymi ſuper epiſtolam ad Epheſeos, guttur & fauces more cantorum tragœdiarum medicamine liniũt: vt in eccleſia, in diuinis officiis eorum blanda voce theatrales moduli audiantur & cantica. In quibuſdam etiam eccleſiis cathedralibus regularium & ſecularium perſonarum, ſecundũ dictum Hieronymi, non mediocriter erratur: & mediocre bonũ magno bono præfertur ex nimiis vigiliis, quæ in ipſis eccleſiis propter prolixitatem lectionum cantuum & aliorum diuinorum fiunt. Talia facientes & officium continuantes, ſenſus integritatem amittunt: & propter immoderatã atq; indiſcretã pſalmorũ vel officiorũ decãtationem aut amentiæ, aut triſtitiæ aut melãcholiæ vota incurrunt, ac ſi De' vt homo verborũ multitudine flecti poſſet, aut tantũ verbis & non corde orãdus eſſet Deus. Quapropter ſecundũ eundem Hierony. melior eſt quinq; pſalmorum decantatio cũ cordis puritate ac ſerenitate & ſpirituali hilaritate, quàm pſalterii modulatio cum anxietate cordis atque triſtitia. Remedium igitur in præmiſsis eſſet per contrarium apponendum.

Prolixitas in eccleſia dãnatur.

Verborũ multitudo reprobatur.

Titulus lv.

Quòd officium Romanæ eccleſiæ ubique dicatur: & quod dicendum ſit probatur.

ET inſuper quòd officium eccleſiaſticum vniformiter in tota eccleſia Dei diceretur, ſicut dicitur in eccleſia Romana: cuius conſuetudo eſſet ab omnibus in hoc obſeruanda, cùm debeat eſſe omnibus in ſpeculum & exemplum: nec alterius eccleſiæ quàm Romanæ in conſecrandis miſteriis & archanis agendis conſuetudo cõſeruanda ſit: cum id quod à beato Petro principe apoſtolorum Romanæ eccleſię traditũ eſt, ac núncuſq; cuſtoditur, ab omnibus debeat obſeruari: nec ſuperduci aut introduci aliquid quod authoritatem debeat aliundè accipere vel exemplũ. Pręſertim cũ ſit manifeſtũ in omnẽ Italiam, & Galliam, & Hiſpaniã, & Affricã atq; Siciliã, & inſulas interiacẽtes, nullũ inſtituiſſe eccleſias, niſi eos quos venerabilis apoſtolus

Eccleſia Romana ſequenda eſt.

Petrus aut ſucceſſores eius cōſtituerunt ſacerdotes: nec in prędictis prouinciis alius apoſtolus inuenitur aut legit̃ do cuiſſe. Propter quæ Innocentius Papa in decretis Decētio epiſcopo ſcribēs, infert quòd oportet eos ſequi in præmiſſis, hoc quod eccleſia Romana cuſtodit: à qua principium eos nō eſt dubium aſſumpſiſſe nedū peregrinis ſermonib' ſtudeat, caput inſtitutionis perdere videantur.

Titulus lvi.

Quòd in quacūque prouincia officium uniformiter eſt dicendum, & etiam in eodem regno: & à regularibus ſicut à ſecularibus: & de utilitate cōſecuta ex cōformitate officij.

HActenus autem ſtatutum fuit in primo cap. concilii Gerundeñ. quod ſicut in metropolitana eccleſia officium agitur, ita in tota prouincia, tam ipſius miſſæ ordo, quàm pſallendi vel miniſtrandi conſuetudo ſeruaretur. Et hoc idem fuit in iiii. c. xi. conci. Toletani conſtitutū, quòd capitulū ponitur in decretis, & ab habilib' & aliis regularibus etiam præcipitur obſeruari. In ſecundo etiam c. iiii concilii Toletani dicitur, quòd nulla pene res magis diſciplinæ mores ab eccleſia Chriſti depulit, quā inordinata diuerſitas officii, quæ apud carnales ſciſmatis errorem videretur oſtendere: & multis eſt materia ſcādalorum. Vnde qui in vna fide & in vno regno morantur, vnum officiū in dicto concilio dicere præcipiūtur. Et ad idem cōcordat ſtatutum concilii Bracharen̄. cōtinens ꝙ vnus atque idem ordo pſallendi in matutinis & diuinis officiis teneatur. Si igitur prędicta remedia & idem pſalendi ordo ſeruaretur, vniuerſalis ex hoc ordinatio & vtilitas miniſtrantiū in Dei eccleſia ſequeret̃, & illi ꝗ in vna eccleſia eſſent bene inſtructi in diuinis officiis, eſſent vbicūq; inſtructi: & poſſent vbicūq; collocari. Nā cū diuerſæ eccleſiæ diuerſas habeant in diuinis officiis obſeruationes, & difficile ſit inexptos, ſicut Greg. Fortunato epiſcopo ſcripſit, hominū obſequiis aſſociari, & graui' ad Dei ſeruitiū applicari, illi ꝗ nūc ſunt apti & experti in diuinis officiis in vna eccleſia, ſunt inhabiles & inexperti in alia, à qua ſi receſſerint, mendicari cogunt̃.

Diuerſitas officii reprobatur.

Sequerētur etiam ex prædicta ordinatione, multa alia bona, licet magna librorum exinde perditio ſequeretur: & aliqui ſancti de quorum veneratione per vniuerſum orbem fit memoria, & in Romana curia eorum non habetur notitia, fortè non venerarentur per diuerſas nationes, ſicut nunc venerantur: & poſſet inde referueſcere laicorum deuotio, niſi prouideretur de remedio competenti circa venerationem prædictam: & circa perditionem librorum, in qua poſſet proſpici faciendo rubricas generales de omnibus quæ ad officium eccleſiaſticum ſpectant, ita quòd pſalmi & alia quæ vniformiter ſcripta ſunt, vniformiter dicerentur: in his autē in quibus eſt difformitas ſicut in lectionibus, antiphonis, & reſpōſoriis, vnum de vna materia vel hiſtoria, iuxta eccleſiarū conſuetudinem pro alio dici poſſet. Et ſecundum hoc cum paucis additamentis eccleſiaſticorum librorum deperditio vitaretur.

Titulus lvii.

Quòd regulares relinqui poſſent ceremoniis ſuis quo ad officium diuinum.

SI etiam regulares qui circa officium magis inſiſtere habent ex præmiſsis grauarentur, poſſent relinqui ritibus & ceremoniis ſuis, cùm ſicut Nicolaus Michaeli Imperatori ſcribit. Sācta Romana ſciat eccleſia, quòd nihil obſunt ſaluti credētium diuerſę pro loco & tempore conſuetudines, ſi illis canonica nō obſiſtat authoritas, pro qua eis obuiare debemus. Et ſecūdum Hiero. ad Lucianū, Traditiones eccleſiæ pręſertim quæ fidei nō officiunt, ſicut à maioribus fuerunt traditæ, ſunt ſeruandę: nec aliquorum cōſuetudines, aliorū contrario more ſubuerti debeāt. Greg. Auguſtino Anglorum epiſcopo ſcribit, placere eidē quod ipſe Augu. ſiue in Romana, ſiue in Gallicorū, ſiue in qualibet eccleſia inuenerit quod plus omnipotēti Deo poſsit placere eligat, & hęc quaſi in faſciculū collecta in Anglorū eccleſia, q̄ in fide nouella erat, inſtituat. Et ſecūdum Aug. ad Ianuarium, quod neq; cōtra fidē, neq; cōtra bonos mores eſſe cōmittitur, indifferenter habēdum eſt, & pro eorū

inter quos viuitur ſocietate ſeruandum. Et mos cuiuſlibet eccleſiæ obſeruandus, ne inde ad ſcandalum ſubſequatur. Quod tamen Gratianus intelligit de illa cõſuetudine, quę vel vniuerſalis eccleſiæ vel temporũ ꝓlixitate roboratur: quia ſi pro varietate temporum vel locorũ, vel aliorũ varię cõſuetudines inducãtur, inuenta opportunitate, reſecãdæ ſunt potius q̃ ſeruãdę. In quo etiam Augu. ad inquiſitores Ianuarii ſcribens, concordat pro eo, quia quãuis inueniri non poſsit, quomodo contra fidem ſint, ipſam tamen religionẽ cõfundunt, quã in pauciſsimis & manifeſtiſsimis celebrationũ ſacramẽtis, miſericordia Dei voluit eſſe liberã.

Titulus lviij.

De ſexta neglig ẽtia circa cultum diuinum in defectu ornamentorum & ſine eis deſeruientium.

ALia negligentia ſecũdum cultum diuinum eſt in eccleſiaſticis ornamentis: quia in multis eccleſiis parochialibus, & maximè in pertinẽtibus ad præſentationem, collationẽ vel diſpoſitionem religioſorum exẽptorum, eſt generalis defectus veſtiũ & indumẽtorum ſacerdotalium, miniſtrorum eccleſiaſticorũ, necnon & librorum calicũ & aliorum ornamẽtorum eccleſiaſticorum. Et in aliquibus aliis eccleſiis ſunt ita vilia & ſordida veſtimẽta, quòd abominationem inducunt. In nõnullis verò eccleſiis celebraturi presbyteri deſuper tunicam vel ſupertunicale, aut tabardũ in conſpectu populi abſque rocheto ſeu camiſia Romana, veſtes ſacerdotales apponũt. In aliis ſacerdotibus miniſtrantes, & in eccleſiis deſeruientes ſupelicium nõ deferũt, nec habitum clericalem. Et in aliquibus religionibus laici conuerſi ſacerdotibus ſeruiunt: & in generali confeſsione quæ ante introitum miſſæ fit à ſacerdote, dicti laici & clericuli, & pueri more alterius ſacerdotis presbytero celebrãti reſpondent & quodammodo abſoluunt eundẽ à peccatis generaliter cõfeſſatis, & ſi nequaquã habeãt poteſtatẽ. Cũ itaque ſecundũ doctrinam Apoſtoli ad Corinthi. & ad Titum. Sacerdotem oporteat eſſe ornatum. Et in veteri teſtamẽtato. Sacerdotes Dei & miniſtri tẽplj ex pręceptis

Miniſtrãs preſbytero in altari ſit preſbyter.

domini variis veſtibus & ornamentis, ſine quibus officiũ ſuũ exequi non audebant, legantur fuiſſe ornati, quòd de exteriori etiã ornatu non ſolùm de ornatu virtutũ intelligendũ eſt, ſecundũ Hierony. & ſecundũ eundẽ tales ſordes laudes nõ parant. Et beatus Ioannes in apocalip. deſcribat cõtra præfatos defectus ornamentorũ & abſque ornamẽtis deſeruientes, eſſet de contrariis remediis prouidẽdum, cùm ſicut Greg. x. ait, deceat domũ dñi ſanctitudo, deceat vt cuius factus eſt in pace locus eius, ſit cultus cum debita veneratione pacificus. Quæ cõſtitutio Grego. quanquam ſancta & vtilis, non ſeruatur.

Titulus lix.

De ſeptima negligẽtia, quia laici & inſacrati homines reliquias, & Deo dicata ornamenta contingunt, & ſacrariũ intrant, & cruces portant.

ALia eſt negligentia circa diuinum obſequiũ atq; cultum: quia prælati permittunt, ꝙ reliquiæ ſanctorum teneantur à laico & etiam oſtendantur, cruces & thuribula portentur, & alia ad cultum diuinum pertinentia, fiant per dictos laicos, quæ pertinent ad officium clericorum. Nec ſeruatur iura nec remedia contra hæc hactenus conſtituta ſecundũ quę cõſtitutum fuit in lxvi. ca. cõcilii Agatheñ. ꝙ inſacrati miniſtri licẽtiam nõ haberẽt ingrediẽdi ſacrariũ, quod Gręci diaconiũ appellãt. Et ꝙ vaſa dominica non cõtingerẽt. Et idẽ ſtatutũ fuit in conci. Laodi. & in i. conci. Bracha. & in conci. Martini Pa. & in cõci. Magũtino, in quo etiã fuit ſuperadditũ, ꝙ dicti laici ſecus altare ſtare vel ſedere, inter clericos nõ pręſumerẽt quãdo miſteria celebrãtur. Itẽ ſtatuit Sixtꝰ Pa. cauſam dictę cõſtitutiõis aſsignãs, vt pro talibus p̃ſumptionibus iratꝰ dñs, plagã populo ſuo imponat, & hi qui nõ peccauerũt, pereãt: quia perit ſępe iuſtus pro impio. & Stepha. Pa. ait, Verẽdum eſſe, ne vltio quæ Baltaſar pcuſsit, ſuper trãſgredientes veniat, & corruere ad ima faciat. A talibus exemplum Ozeæ, qui morte ſubitanea interit, quia manum ad arcam Domini appoſuit, eſt plurimum formidandum.

Non ſolùm autē prædicta laicis prohibentur, verūetiam clericis in maioribus ordinibus conſtitutis. Nam fuit conſtitutum in cōcilio Brachar. & in xliii. & v.c.iii.concil. Bracharē. ꝙ non liceret cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, nec aliis niſi illis qui ab epiſcopo ſubdiaconi fuiſſent ordinati: quódq; dicti lectores nō ingrederētur ſacrarium, nec pſallerēt in eccleſia exiſtētes in habitu ſeculari.

Titulus lx.

De negligentia circa reparationē eccleſiarum & luminariū.

ALia verò negligētia dictorum prelatorū & curatorū eſt circa reparationē eccleſiarum: quia eas nō faciūt reparari, nec luminaria debita in eccleſiis, dū diuina peragūtur officia, fieri. Nec in aliquib⁹ eccleſiis & monaſteriis, potiſsimè religioſorū ad eleuationē corporis Chriſti, tortitia accenduntur, nec cāpanella pulſatur ſicut eſt debitum, & in eccleſia fieri cōſuetum. Dicti etiā prælati ac curati ad prædicta onera reparationis eccleſiarū luminaria tenēda, & ſartatecta reſtituenda frequēter contribuere nolunt, cōtra cōſtitutionem concil. generalis: q̄q̄ tertia pars reddituū pro reparatiōe luminaribus & ſartatectis prædictis in Bracharen. Mileuitano, & Toletano concil. Et à Gelaſio, Simplicio, & Grego. Rom. pōtificibus extitit deputata. Super quibus eſſet de remedio executionis debite prouidēdum.

Titulus lxi.

De negligentia circa defenſionem eccleſiaſticorum iurium & ſubditorum.

ALia negligentia dictorum prelatorum & curatorum eſt, quia multi ex eis iura eccleſiaſtica dignitatum & beneficiorū, quę obtinēt non defendūt: nec etiam ſubditos eorum cōtra tirānos nobiles & potentes opprimētes eoſdem, in eorum laudibus gloriantes. Cōtra quos Anacletus Pa. cūctis fidelibus ſcribit, ꝙ nihil eſt illo paſtore miſerius, qui luporum, id eſt tirānorum laudibus gloriatur: quibus ſi placere noluerit, erit hinc omnibus magna pernicies:

Lupis & gregibus placere nõ poſſe. quia nullus paſtor placere lupis & gregibus ouiũ poteſt. Tales iuxta veritatis vocem in Ioanne, nequaquam gregis cuſtodię paſtorum ſtudio, ſed mercennariorũ vice deſeruiunt: quia veniente lupo, fugiunt, dum ſub ſilentio ſe abſcondunt. Quos per Eſaiam dominus increpat dicens, Canes muti non valẽtes latrare. De talibus etiam in Ezechiele conqueritur dominus dicens, Non aſcẽdiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prelio in die domini. Quæ verba Grego. in xv. ſui paſtoralis exponens ait, ex aduerſo aſcendere eſt pro defenſione gregis libera voce huiuſmodi poteſtatibus contraire. Et in die domini in prelio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Paſtores enim recta timuiſſe dicere, quid eſt aliud quàm tacẽdo terga præbuiſſe? Quod nimirum ſi pro grege ſe obiicit, murum pro domo Iſrael ſe hoſtibus opponit. Prędicta autẽ beatus Thomas martyr obſeruans, in cælis extitit coronatus. Beatus Ambro. de ſe ſcribit, Libenter pro altaribus immolato, nõ me vallabo circuncιſione populorum, nec altaria tenebo vitam obſecrans. Et hæc non ſolùm tangunt prælatos ſuperiores, qui ſecundũ Anaſtaſium Papam aliis prælatis & curatis inferioribus defenſionis propriæ auxilio deſolatis & qui pro debilitate & impotentia eorum ſuis ſubditorũ & eccleſiarum ſuarum actibus & iuribus defendendis prodeſſe nõ poſſunt, deberent forti brachio ſubuenire. Nam quia hoc non faciunt, quinimo multis principibus, dominis temporalibus & laicis eccleſiam & eccleſiaſtica bona: & iura ac ſubditos opprimentibus & turbantibus fauent, & eis decimas & primitias & multas gratias concedunt, deſtituitur eccleſia, perditur deuotio ſubditorum, eccleſiaſtica iura depereunt. Et cùm ipſas eccleſias & eccleſiaſticas perſonas grauet Romana eccleſia & aggrauantibus faueat neruus diſrumpitur eccleſiaſticæ diſciplinę, nec oportet exempla ſuper pręmiſsis longè quęrere, cùm reperiantur de prope quodammodo & vbique.

Contra prælatos eccleſiã nõ defẽdẽtes.

Titulus lxii.

De negli-

De negligentia prælatorum & beneficiatorũ circa diſpenſationẽ prouẽtuum eccleſiaſticorum, & circa hoſpitalitatẽ.

EST & alia negligẽtia multùm periculoſa in clero vniuerſo circa diſpẽſationẽ & diſtributionẽ eccleſiaſticorũ prouẽtuum, quorũ procurationem quodãmodo gerũt, cũ dicti prouẽtus ſint & eſſe debeãt pauperũ, ſicut in xxiii. epiſtola Auguſtini ad Bonifacium comitem de differentia Arrianorum & Donatiſtarum, cuius pars in decretis eſt, cõtinetur. Ad quos concordat beatus Ambroſius dicẽs, quòd omnia ſua, pauperum ſunt. Et Hieronymus Damaſo Papę ſcribit, quòd quicquid habent clerici, pauperum eſt: & domus illorum omnibus debent eſſe communes: & quòd ipſi clerici ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitio inuigilare & ſtudere debent. Et ſecundum concilia antiqua & canones, quatuor de redditibus & oblationibus deberent fieri portiones, quarum vna eſſet pontificis, altera clericorum, alia fabricę, & alia pauperũ. Quibuſquidẽ pauperibus, pars huiuſmodi non diſtribuitur vt deberet: licet Ambroſius exponens id quod in Luca ſcriptum eſt, dicat, Neque enim minus eſt criminis, cùm quis poſsit & abundet, indigentibus denegare, quàm habentibus tollere, ſubdens, Eſurientum panis eſt quem tu detines, nudorum indumẽtum eſt quod tu recludis, & miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia, quam tu in terra deffodis. Tantorum ergo te ſcias inuadere bona, quãtis poſsis præſtare quod velis. Apoſtolus in apoſtolica regula de promouendis dicit, quòd hoſpitalem oportet eſſe ſacerdotem, cuius rationem Gratianus aſſignat, ne videlicet ipſe ſacerdos & beneficiatus ſit in numero eorum quibus in iudicio dicitur, Hoſpes eram, & nõ ſuſcepiſtis me. Non poteſt eſſe hortator hoſpitalitatis, qui domum propriam hoſpitibus claudit. Debet autem ad memoriam reuocare quomodo Abraham, & Loth per hoſpitalitatis opa Deo placere, & angelos hoſpitio recipere meruerunt. Quomodo angeli Sodomis hoſpitalitatis domum ingreſsi, Loth cũ familia ſua liberauerunt: quomodo clauſas domos cum hoſpitib⁹ ingreſſus ignis perdidit. Quomodo ſecundum Hieronymum aliena capere cõuincitur, qui

Quatuor partes de bonis eccleſiæ olim fiebant.

Hoſpitalitas hic cõmẽdatur.

vltra ſibi neceſſaria retinere probatur. Apoſtolus autē ſcribens ad Timotheum, ait, Exerce teipſum ad pietatem. Nā corporalis quidem exercitatio ad modicū vtilis eſt, pietas autem eſt vtilis ad omnia, habens prouiſionem vitæ, quæ nunc eſt ac futuræ. Ab hac ſecundum Gratianum, quiſquis alienus fuerit, in ſacerdotem ordinari non poterit. Si vxor vidua ab eccleſia recipi prohibetur quæ pauperes non recipit hoſpitio, quæ pedes ſanctorum non lauit, quę omne opus bonum non eſt executa, multomagis ſunt prohibendi à ſacerdotio qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde quidam hoſpitalitatis opera deſpicientes in Gangrenſi cōcilio excommunicātur. Iſta hoſpitalitatis opera pluſquam deceret in Dei eccleſia negligūtur. Et quod deteſtabile etiam eſt, à prælatis ſollicitudo diligens, & cura debita non habetur. De hoſpitalibus, xenodochiis & aliis piis & religioſis locis in republica hactenus ſalubriter conſtitutis ad recipiendos & conſtruendos pauperes peregrinos, ſenes, pueros parētibus orbatos, infantes & miſerabiles perſonas, ſicut ſunt leproſi qui deberent epiſcopali prouidētia ali, & à perſonis aliis, ne eas inficerent, ſeparari, exemplo Mariæ ſororis Aaron ſicut in libro Numeri continetur.

Titulus lxiij.

Quomodo dicti proventus eccleſiaſtici communiter in uſus uanos uel illicitos expenduntur.

SAnè ſi ad diſtributionem eccleſiaſticorum prouentuū conſideratio habeatur, videri poteſt, quòd expenduntur in ſuperfluos elatos & vanos vſus veſtium, ornamentorum, familiarium apparatuum, & ſuperfluitatem ciborū & potuū, vel exinde ditantur, exaltantur, & nobilitantur parentes: & datur carni & ſanguini quod eſt Chriſti: vt de cæteris dantibus hiſtrionibus perſonis, vilibus & luſoribus principaliter taceamus. Cōtra quod beatus Bernardus ſcribēs, ait, Ego acquiſiui ſanguine proprio: tu cōſumis & fulges in apparatu regio. Ego acquiſiui opprobriis & flagellis: tu cōſumis in ciphis argēteis, aureis & ſcutellis. Ego acquiſiui veſtibus nudatus: tu conſumis vt fulgeas in veſti-

Datur ſanguini qđ eſt Chriſti.

Verba Chriſti ad prælatos.

bus pretioſis. Ego acquiſiui manibus cruci affixis: tu conſumis manibus taxillis & aleis dedicatis. Ego acquiſiui coronam ſpineam portando: tu conſumis molle puluinar capiti tuo ſupponendo. Ego acquiſiui acetum & fel deguſtãdo: tu conſumis ciceram & merum potando. Et poſtmodũ ſubiicit in alio loco idem Bernardus, Honorati incedunt Dei miniſtri de bonis domini, cui honorem non defferũt. Inde eſt quòd quotidie cernis in frenis aureis & in ſellis & phaleris meretricius nitor apparet, intrinſecus habitus regius eſt apparatu, vt plus fulgeant calcaria quam altaria. Idem Bernadus, Quicquid pręter quotidianum victum neceſſarium & veſtitum ſimplicem de altario retines, tuum nõ eſt: ſacrilegium eſt, rapina eſt, præſis vt prouideas, vt conſulas vt ſerues, vt procures, vt diſtribuas ſuo tempore vt fidelis ſeruus quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. ſed ad quid? vt des illis eſcam in tempore: vt diſpenſes, non vt imperes aut diſsipes. Si multum accepiſti, multum debuiſti dare: & ſi modicum, & illud tribue. Nam qui in modico fidelis eſt, ſupra multa conſtituitur & intrat in gaudium domini ſui. Ad quod nos perducat ille qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

D. Bernar d' ad prælatos.

*

Iſta dictata fuerunt in concilio generali Viennæ celebrato, per Reuerendum patrem dominum Guillelmum Dei gratia Epiſcopũ Mimaten.

TABVLA TITVLOrum, partis primæ.

Titulus 1.

DE correctione eorum quæ malè aguntur ꝓmittēda in Dei eccleſia à miniſtris eccleſiaſticis in capite & in mēbris. pagina 1
2 De modo correctionis & reformatiōis eccleſiæ & Chriſtianitatis. pagina 2
3 De limitanda poteſtate ſuperiorum. 6
4 De diſpenſationibus. pagina 12
5 De exemptionibus. 14

TABVLA TITVLOrum, partis ſecundæ.

1 De his quæ viros eccleſiaſticos non decet agere. pa. 34
2 Qualiter in primitiua eccleſia erant omnia cōmunia: & quòd deliberetur ſi eſſet vtile quòd adhuc idem in dominis cardinalibus & in collegiis & aliis ſeruaretur. 38
3 Quòd epiſcopi & perſonæ eccleſiaſticæ nō capiantur ſicut fit hodie à laicis: & quòd priuilegia à Romana eccleſia conceſſa in contrarium reuocentur. 38
4 Quòd deliberetur ſi expedit vniuerſali eccleſiæ ꝙ decreta. Bonifaciana de clericis cōiuga. reuocetur, cū per eā generalis libertas eccleſiæ reuocet quo ad clericos coniugatos. 40
5 Quòd prouideatur vt eccleſiæ liberè acquirere, & iam acquiſita retinere poſsint, cùm non videantur ſufficere remedia ſuper hoc conſtituta. eadem.
6 Quòd ſpeciales orationes in omnibus eccleſiis pro regibus & aliis fiant. 41
7 Epiſcopi gregem paſcant, & iura in beneficiorum collationibus illis cōſeruentur, honor debitus deferatur etiā à cardinalibus, & ad curiam de facili non citetur. Necnon eccleſiæ & cimiteria polluta & violata, epiſcopis impeditis, per presbyteros reconciliētur, pauperibus proui-

deatur, decimæ principibus non concedantur abſq; prælatorũ aſſenſu: ille prout nec annalia leuentur, & beneficia ante eorũ vocationẽ nõ conferantur: nec res eruentur. 41

8 Quòd militantes Deo non implicent ſe negotiis ſecularibus, nec turpia lucra ſequantur, ſed de ſuo viuant. 45

9 De donatione Cõſtantini & primatis eccleſię ſpiritualiter & temporaliter declaranda. idem continetur. in ii. & iii. c. concilii Terraconeñ. 46

10 De cohabitatione clericorum & mulierum vitanda, & ne proſtibula publica teneantur prope eccleſias: & in Romana curia prope palatium dñi Papæ, nec alibi prope domos prælatorum, nec & mareſcalus dñi Papæ & cõſimiles aliquid recipiant à meretricibus & lenonibus earundẽ. 47

11 De conciliis prouincialibus bis in anno celebrandis, & de ordine ſeruando in eis & quòd in eis omnia negotia ꝓuinciam contingentia, vt moris eſt, antequam adeatur ſuperior terminentur. Et viſitatores deputarentur in eis per quos vitia cum officialibus epiſcoporũ executioni mãdarentur, quæ fuerunt conſtituta. Et quòd cõtinerentur metropolitani patriarchę & primates qui archiepiſcopis & epiſcopis præeſſent in regnis in quibus non ſunt. 48

12 De ſortilegis, diuinatoribus & conſimilibus euitandis & puniendis. 57

13 De ætate presbyterorum & aliorum promouẽdorum in eccleſia Dei etiam ad Cardinalatum. 58

14 De vii. diaconib⁹ cõſtituẽdis & in qualibet ciuitate. 59

15 Ne epiſcopi vel clerici accedãt ad curias principum ſine licentia & literis concilii prouincialis. eadem.

16 De epiſcopis ne in alienis diœceſib⁹ vel prouinciis immorẽtur neq; poſſeſsiones ibi habeãt, relictis propriis ciuitatib⁹ & diœceſib⁹, abſq; iuſta & rationabili cauſa, & vltra tres ſeptimanas ſe nõ abſentent ab eccleſiis eorũdem. 62

17 Ne epiſcopi vel clerici accedant ad curias principũ ſine licentia & literas concilii prouincialis. eadem.

18 De neophitis & indignis & inſufficientib⁹ & clauſtralibus non promouendis ad eccleſiaſticos gradus & cardinalatus. Et quòd nullus etiam fauore eccleſiaſtico, vel regio promoueatur, ne aliquis qui neſciret illa quæ pertinẽt

ad officium ſuum,&quòd etiam nulli niſi doctores in epiſcopos,archiepiſcopos & cardinales promoueantur. 63

19 De pſalmis & lectionibus in officio eccleſiaſtico tractim deuotè & ordinatè ac intelligibiliter horis cõpetẽtibus dicẽdis,& vt omnibꝰ diebus oratio dñica dicatur ante ſingulas horas,cũ Aue maria.& de abbreuiãdo ipſum vbi eſt nimis prolixũ. Et ꝙ eccleſiæ & in eis miniſtrãtes ornamẽtũ habeãt taliũ ornamẽtorũ & aliorũ veſtimẽtorũ cõdecẽtiũ:& ꝙ reiiceretur inordinatus cãtus,& quòd ſemel in ebdomada ſolẽniter celebraretur officium mortuorũ. 68

20 De ſymonia & de exactionibꝰ quę in Romana curia & alibi ꝓ votis requirũtur,quę fiũt per epiſcopos & curias eorundem , & ſub prætextu ſigilli eorum & iuramenti in contractibus. 68

21 Ne quis in duabus præbendis vel eccleſiis intituletur, ſed ſingula officia & beneficia ſingulis conferantur perſonis cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant. 71

22 De cõſpirãtibus cõtra epiſcopos , & alios publicè delinquẽtes puniendos,priuilegio cõtrario nõ obſtante. 75

23 De epiſcoporum & aliorum prælatorum & clericorũ accuſatoribus quòd non debeãt paſsim ſuſcipi,& dicti prę lati non mutentur de ſede ad ſedem maiorem niſi pro notoriis exceſsibus eorundem. 76

24 De œconomis & diſpẽſatoribus, & aduocatis à ſingulis epiſcopis habendis pro diſpenſatione rerum temporalium,vt ipſi vacent diuinis,& propter curam temporaliũ, vt ipſi libera executione põtificis officii nõ deſiſtãt. 77

25 De ſanctimonialibꝰ ne cùm extraneis viris vel mulieribus habitent: & quòd recludantur,nec recipiant̃ niſi de earum redditibus viuere poſsint,de quo legitima fides fieret ordinariis earũdẽ per quos corrigerẽtur, includerẽtur & reformarentur priuilegio cõtrario nõ obſtãte. 78

26 De clericis obligatis ad ratiocinia : & ne viri literati ad ipſa intẽdant,nec ſacerdoces ad prædicta vocent̃. 79.

27 De contemptoribus canonum & prælatorũ ſuorum ſuperiorum puniendis. eadem.

ſpenſionis & interdicti, latis ab ordinariis vel eorum authoritate in locis religioſorum publicandis. 80

29 Vt qui contra profeſsionem vel ſubſcriptionem ſuam vel prædeceſſorum facta irrationabilia & ſeruitores venerint, puniantur. eadem.

30 Vt canones pertinentes ad officium & inſtructionem epiſcoporum & clericorum ſciantur per eos priuſquã ordinentur. 81

31 De epiſcopis accuſatis: vbi & infra quod tẽpus eorum cauſæ examinentur, & quòd in cauſis eccleſiaſticis horæ modicum contraheretur, & quòd deputarentur in ſingulis curiis iudices, aduocati, ꝓcuratores, & tabelliones gratis ſua officia exequentes in cauſis miſerabilium perſonarum. 82

32 De multis capitulis ad vitam, honeſtatem, conuerſionem, habitum, regulam & mores clericorum pertinentibus, ſecundum diuerſos ſtatus & gradus eorum: quod eſſet decens & honeſtum ac vtile obſeruari, cùm ex contrario totus fere ordo eccleſiaſticus confundatur & etiã corrumpatur. Et ſpecificantur multa quæ pertinent ad officium diaconorum, presbyterorũ & etiã epiſcoporũ 83

33 De clericis vt cùm ad pupertatem peruenerint, coniugium aut caſtitatem profiteantur. Ne per eos de bonis eccleſiaſticis eruditos poſtmodũ eccleſia impugnetur. 87

34 Vt primæ ſedis epiſcopus, princeps ſacerdotum, vel vniuerſalis eccleſiæ non appelletur. 88

35 Vt nulli in eccleſiis conuiuentur, nec placita teneantur in eis, & quòd confratriæ, in quibus tam clerici quàm laici ſe ingurgitãt, tollerẽtur: ſed daretur pauperibꝰ quod expenderetur in eiſdem. 90

36 Vt pœnitentibus iuxta peccatorũ ſuorum modũ pœnitentia imponatur, & quòd canones pœnitẽtiales ab omnibus obſeruentur. 91

37 De acquiſitis ab his qui eccleſiaſticum obtinent gradum vt eccleſiis conferantur. 92

38 De aliquibus epiſcopos & prælatos contingentibus: quæ principaliter per omnia non obſeruantur: & de ſtatu & exceſsibus eorundem, & vt pauperibus ſcholaribus in

ſcholis prouideatur. Et quòd prælati & aliæ perſone eccleſiaſticæ ſicut iura præcipiũt de iuribus & rebus eccleſiaſticis ſpiritualibus nihil diſponere in iudicio laicorum præſumant. 93

39 De oblationibus diſcordantium & opprimentiũ pauperes,& aliquorum aliorũ non recipiẽdis in eccleſia. 100

40 De defenſoribus eccleſiarum à principibus poſtulandis. eadem.

41 De cõſecratione & cõgregatione cõcilii gñalis. 101

42 De præſidibus reipublicæ,vt ſine licentia epiſcoporũ non communicent. 102

43 De exequiis epiſcoporũ & prelatorũ à cõuicino prelato peragendis, & cura eius eccleſiæ ſuſcipienda. 102

44 De miniſtris ne ſine chriſmate proficiſcantur. 103

45 De immunitate eccleſiarũ ſubtrahẽda his q̃ ad eas cõfugiũt ſi homicidę voluntarii fuerint,vel pro debitis fugerint. eadem

46 De incontinentia clericorũ:& an expediret quòd in occidẽtali eccleſia ſeruaretur quod ſeruatur in orientali, quæ votum caſtitatis in altaris miniſtris non ſuſcepit. Potiſsimè cũ tempore apoſtolorum dicta conſuetudo orientalis eccleſiæ ſeruaretur. 105

47 De oblationibus defunctorum non retinendis: & de his quæ impediunt ne oblationes fiant in eccleſia puniendis:& vt dictæ oblationes in miſſarum ſolenniis fiant iuxta canonicas ſanctiones. 107

48 De communione corporis Chriſti ter à laicis aſſumẽda in anno. 108

49 De ſtipẽdiis clericorum iuxta eorum meritum cuſtodiendis. eadem

50 Vt ante miſſam expletam egredi clerus & populus

tionibus intendant. 110
52 De clericis, ne ſine epiſcoporum literis euagentur. 111
53 De monachis & eorum cōditione & officio. 112
54 De epiſcopis ne tempore chriſmatis cōficiendi à ſuis eccleſiis ſe abſentent. 120
55 Ne laici & inſacrati miniſtri ſacrarium ingrediãtur, & ne ſacra vaſa, reliquias, cruces, & ornamēta cōtingant: neque aliquid ſine habitu cōdecēti in miſsis & eccleſiis deſeruiãt, poſita vigeſima tertia diſtinctio. non oportet. iii. 121
56 De ieiuniis ſabbati ſextæ & quartæ feriæ diei Lunæ & diei Martis poſt dominicam quinquageſimę & aduentus Domini à perſonis eccleſiaſticis celebrando. Et quòd in tribus diebus rogationū, & in quatuor temporibus, & in xl. etiam à laicis ieiunetur: & in vigiliis beatæ Mariæ & apoſtolorum. 122
57 De picturis & imaginibus quæ in eccleſia fiūt, vt nullius deformitas vel falſitas & deuiatio à re geſta celebraretur in eis. 125
58 Ne fœminæ in cemiteriis vel eccleſiis peruigilent, & ne in ſanctorum ſolēnitatibus intra eccleſias & cemiteria ſaltationibus & cantilenis populi vacent. 126
59 De adulteris clericis & laicis cū manifeſti ſunt vel notorii, euitandis. 127
60 Vt hi qui baptizãtur & qui ad cōfeſsionē accedūt nihil ſoluãt, & q; pro ſepulturis nihil recipiatur, nec pro aliis ſpiritualibus. 128
61 De Iudæorum & aliorum infidelium familiaritate & conuerſatione euitanda. 129
62 De luſoribus alearum & taxillorum, & aliis ludis prohibitis. 132
63 Ne fœminæ coniugatæ abſq; maritorū nominibus literas mittere vel recipere audeant. 133
64 Vt in dominicis & aliis feſtiuis diebus cauſarum ſtrepitus conquieſcant, ac nundinæ & opera illicita & etiam ruſticana. 133
65 De clericis in eodē loco degētibus, vt ſaltem die ſabbati in veſperis & die dominica ſubſequenti inſimul conueniant ad diuina. 134

66 De epiſcopis vt annis ſingulis viſitent diœceſes ſuas: & quòd idem faciant illi quibus competit viſitare: & ne in abſentia procurationes quomodolibet recipere non poſſint. 134

67 De muneribus pro iudiciis iuriſditionibus & officiis non recipiendis: & emolumẽtis iuriſditionũ nõ vendẽdis, & quòd eccleſia nihil recipiat ab vſurariis & Iudęis: nec de bonis eorũ nec aliorũ qui cum notorio peccato ea acquirũt. Sed diſtribuat Pauperib⁹ vel reſtituat quib⁹ debet. 138

68 De officio eccleſiaſtico & etiam in quolibet regno dicendo. 139

69 Vt mulieres à virorum cœtib⁹, & à ludis, & inhoneſtis tactibus retrahantur: & vt coma & habitu diſcernantur à viris. 140

70 De regib⁹ & principib⁹ iuriſditionẽ diuerſimodè eccleſiaſticą perturbãtibus, & vſurpãtib⁹: de aliis potẽtib⁹ alios expoliãtibus perſonas eccleſiaſticas pauperes & peregrinos opprimẽtib⁹, & illis qui ad limina apoſtolorũ Petri & Pauli vel ad alia oratoria accedunt ſua aufferẽtibus, excõmunicandis, & per eccleſiam compeſcendis. 141

71 De fidelitate regibus & principibus obſeruãda: & de puniendis his perſonis eccleſiaſticis quæ cõtra eos aliquid machinantur. 153

72 De reformatione regum & ſecularium perſonarum. pagina. 162

TITVLI

partis tertiæ.

1 De reformatione vniuerſalis eccleſię, & (quod in ea eſt pręcipuum) à capite ſanctæ Romanæ eccleſiæ prælatis & aliis ſuperioribus inchoandum. 193

exponendis: & de quibuſlibet ſcientiarum ſcriptis potiſsimè dubiis, abreuiandis &c. 167
5 Vt ad menſam dominorũ Papæ & cardinaliũ & epiſcoporũ, & presbyterorum ſcripturæ diuinæ legantur. 169
6 Vt funera defunctorũ cum pſalmis & officio eccleſiaſtico abſque lamentationibus tumulentur. 169
7 De genitis à miniſtris eccle. in ſeruitutẽ redigẽdis. 170
8 De miniſtrantibus in altari, vt poſt ſe eiuſdem ordinis habeant adiutores. 171
9 Vt de rebus eccleſiaſticis æquæ fiant portiones. ead.
10 Ne canonici regulares & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ quibus certus eſt habitus deputatus ipſum in occulto deferant ſubtus alias veſtes: ne epiſcopi rochetos ſubtus gamachias ſuas, nec clerici veſtes ante pectus ſciſſas & nodulatas vel aliàs diſſolutas more laicorum. 172
11 Vt corpora defunctorum intra eccleſiam non ſepeliãtur. 173
12 De natalitiis martyrũ in quadrageſima nõ celebrãdis, & de feſtiuitatibus tempore meſsium & vindemiarum occurrentibus alio tempore mutandis. 174
13 De ieiunio. v. feriæ Paſchæ non ſoluendo. eadem.
14 De teſtium numero in epiſcoporũ & cardinalium depoſitione requirenda. 175
15 De quæſtoribus & eorum abuſibus ac indulgentiis & quæſtibus curſorum & nuntiorum Romanæ curiæ reſecandis. 175
16 De ordinibus mendicantium alendis, fouendis & reformandis & etiam corrigendis. 176
17 De leproſis alẽdis, & ne ſanorum actibus miſceantur. &c. 179
18 De validis mendicantibus cohibendis, & de inualidis informandis. eadem
19 De hoſpitalitatib⁹, Xenodochiis & orphanotrophiis ad recipiendũ pauperes peregrinos & orphanos in locis in quibus non ſunt, & de bonis eccleſiaſticis religioſorum fieri poſſunt, conſtruendis: & de conſtructis reformandis. pagina 180
20 De pœna ſacrilegorum & aliorũ qui ab eccleſia ci-

uiliter pro delictis puniũtur in pios vſus cõuertenda. 181
21 De decimis perſonalibus & aliis, & primitiis ſoluendis & nõ ſoluẽdis, & de prouiſione ſuper his adhibẽda. ead.
22 De prouiſione cõgrua pauperibus, eccleſiarum rectoribus, curatis & vicariis eccleſiarum ad religioſos & alios pertinentium facienda: de qua valeant onera epiſcopalia, & hoſpitalitatem debitam congruè ſupportare. 182
23 De abbatibus, prioribus & religioſis domibus, vt epiſcopis ſubiiciantur: & de ſtatu & exceſsibus eorundẽ. ea.
24 De prouidentia circa gubernationem reipublicæ adhibenda in mutationibus monetarum, creationibus tabellionum, ponderibus, menſuris, mercationibus illicitis, oppreſsionibus pauperum etiam ruſticorum, dotibus conſtituendis, exhibitionem iuſtitiæ, rebus propriis ad Romanam curiam & loca alia tranſferendis. 184
25 Ne ad eccleſiaſtica beneficia recipiantur obtentu literarum apoſtolicarum vel ordinariorum, illi quorum propinqui vſque ad gradum tertium iniuriarentur eccleſiis in quibus ſunt dicta beneficia conſtituta, vel illis ad quorum collationem, prouiſionem ſeu ordinationem pertinẽt, niſi prius fuerit ſatiſfactum, & quòd obtentu proceſſuum, gratiarum vel iuſtitiæ eccleſię, ſubiici nequeãt interdicto, nec perſonæ ligari ante quindecim dies. pa. 186
26 De poteſtate eccleſiaſtica ſuper temporales dominos & dominia temporalia. 188
27 De his in quibus videtur quòd haberet ſe Romana eccleſia condeſcendẽdo prælatis & aliis ſubditis tẽperare, & etiam reformare. eadem.
28 De reformatione prælatorum. 192
29 De reformatione cleri. 194
30 De reformatione religioſorum. 195
31 De modo generali, per quem vniuerſalis eccleſia de-

muneribus 204
34 De ſuperbia elatione & pōpis eccleſiaſticis: & nimiis & variis apparatibus & conuiuiis vitandis: & quòd taxare tur certus numerus eue&ionum familiarum & modus ornatuum. 206
35 De luxuria, inordinatione & cohabitatione clericorũ & mulierum: & voluptatibus euitandis. 208
36 De gula, ebrietate & cômeſſationibus, & ferculorum multiplicitate: & ſuperabundantia reſecandis & cohibendis. 211
37 De inuidia & detractionibus & partialitatibus 213
38 De ira & odio & præcipitatione in ſententiis & aliis euitandis. 214
39 De accidia & negligentia & ignorantia 216
40 De primo remedio contra negligentiam eruditionis in prælatis, ſcilicet quòd regula apoſtolica in promouendis ſeruetur. 217
41 De ſecundo remedio contra negligentiam eruditionis in curatis. 218
42 De tertio remedio contra negligentiam conditionis vniuerſi cleri. eadem.
43 De beneficiis eccleſiaſticis vnde poſſet dictis pauperibus magiſtris & ſcholaribus prouideri. 220
44 De quarto remedio contra ignorantiam cleri, & negligentia eruditionis. 222
45 De quinto remedio contra cleri ignorantiam & negligentiam eruditionis. 223
46 De prima negligentia circa curam animarum quia cauſas electionum Romana eccleſia ad ſe trahit: & eccleſiæ remanent viduatæ. 224
47 De ſecunda negligentia circa curam animarum: quia prælati & curati non reſident. 225
48 De tertia negligentia curæ animarum: quia inhabilibus committitur qui eam exercere neſciunt. 226
49 De quarta negligentia circa curam animarum quæ publicæ poteſtates nullo modo vel inſufficienter puniuntur, nec publicè euitantur, nec eorum oblationes reſpuuntur, & quòd pœnę pecuniarię cõuertẽtur in pios vſus. 227

50 De prima negligentia prælatorum & curatorum eccleſiaſticorum circa eccleſiaſticum officium & cultum diuinum. 229
51 De ſecunda negligentia canonicorum & aliorum qui officio non interſunt: vel ſi interſunt, confabulantur aut per eccleſiam diſcurrunt. 230
52 Qualiter tertiò principes & populus negligũt officiũ, quia vident negligi à prælatis & clericis, cùm tamẽ ex integro audire diuina officia teneantur. 231
53 De quarta negligẽtia circa diuinũ officium: quia feſta non colũtur, & peiora quã diebus aliis cõmittuntur. 232
54 De quinta negligentia circa officium: & vt diſtinctè horis competentibus ſine motetis dicatur, & quòd nimis prolixum abbreuietur. 233
55 Quòd officium Romanæ eccleſiæ vbique dicatur, & quod dicendum ſit probatur. 234
56 Quòd in quacunque prouincia officium vniformiter eſt dicendum, & etiam in eodem regno, & à regularibus ſicut à ſecularibus, & de vtilitate conſecuta ex conformitate officii. 235
57 Quòd regulares relĩqui poſſent ceremoniis ſuis quo ad officium diuinum. 236
58 De ſexta negligentia circa cultum diuinum in defectu ornamentorum, & ſine eis deſeruientium. 237
59 De ſeptima negligentia, quia laici & inſacrati homines reliquias, & Deo dicata ornamenta contingunt, & ſacrarium intrant, & cruces portant. 238
60 De negligentia circa reparationem eccleſiarum & luminarium. 239
61 De negligentia circa defenſionem eccleſiaſticorum iurium. eadem
62 De negligentia prælatorum & beneficiatorum circa


VOGVE LA GALEE